

T. 11.

4 Rachen

Mebel 24-47

PROCESSUS
AUGUSTISSIMI
CAMERÆ IMPERIALIS
JUDICII
IN TABULAS REDACTUS.

In quibus non solum, quid in
Processu Camerali, ut rectè secundum Imperii Constitu-
tiones, generalia & specialia Decreta instituatur, sit observan-
dum: Sed etiam quomodo lites tam in causis simplicis querelæ, quàm Appellationis per
novissimum Imperii Recessum *de Anno 1654.* & per Communia Decreta & S^Cta hactenus in Imperiali
Camera publicata, sint abbreviata; unà cum annotationibus & quæstionibus nonnullis practicis,
è regione positis & per Imperii Constitutiones decisis, compendiòse
oculis subjicitur,

^{opera}
JOHANNIS Belitz
HOLSATI.



JENÆ,

TYPIS AC SUMPTIBUS GEORGII SENGENVALDI,
ANNO clò lcc LXI.



PERQUAM GENEROSO ET MAXUME STRENUO
DOMINO,

DOMINO FRIDERICO

ab ALEFELD,

HÆREDITARIO in Zarstenmühe &c.

Serenissimi ac Celsissimi Ducis Holsatiæ

Consiliario Provinciali

Eminentissimo,

Præfecturarumque Holsaticarum

Trittovienfis & Reinbeccenfis

Præfecto Illuftri &c.

Domino fuo

Tabulas hafce



fmiffè offero


Tanti Nominis Adorator.

Subjeftiffimus

Johannes Belig.

TABULA GENERALIS.

Processus Augustissimi Camerae Imperialis Iudicii dispecitur in partes



TABULÆ SPECIALES. TABULA I.

Quomodo in causis simplicis querela Jurisdictio Camera fundatur ratione personarum, quæ privilegium prima Instantiæ, vulgò Aufstregas habent.

Table with multiple columns and rows detailing legal procedures. Columns include: 'Personarum, quæ Imperio subfunt vel...', 'Immediatè, quæ prima Instantiæ privilegium, vulgò Aufstregas...', 'Locum habent, & coram iis conveniri debent, quæ interdum...', 'Personarum, quæ sunt vel...', 'Sui Ordinis, & tunc ratione...', 'Constituentis Judicis certæ partes sunt, tum...', 'Procedendi, ut Judex tanquam Imperatoris Majestatis Commissarius...', 'Inferioris Ordinis, nimirum: Prælatos, Comites, Barones, Nobiles; & tunc duplex via præscripta...', 'Prælati, Comites, Barones, Nobiles, & in jus vocant vel...', 'Electores, Principes, & in jus vocant vel...', 'Electores, Principes, & in jus vocant vel...', 'Quempiam sui ordinis, & tunc duo proponuntur modi, tum...', 'Causarum, nimirum in causa simplicis spoliæ, quando non quidem vi, nec adversus pacem publicam, sed nec jure tamen re suâ aliquis spoliatur, vel possessione ejus destruitur, ubi aut spoliavit...', 'Locum non habent...', 'Non habent, & tunc rectè in Camera conveniri possunt, cujus generis sunt...', 'Mediatè, quæ regulariter ad Camera Imp. in prima Instantia non vocantur, sed coram Ordinario suo Judice conveniendæ sunt...', 'Causarum. Tab. seq.'

Suo Oeō!

*An Jurisd. Etio Camera Imperialis sit ordinaria,
an verò delegata?*

Resp. Ordinariam esse; Quia Camera illam habet ab Imperatore, & Imperii Statibus, & Ordinatione, quæ vim legis obtinet. *l. 1. ff. de const. Princ. Gail. 1. Obs. 33. n. 1. & Obs. 41. n. 5. & seq.*

An Jurisd. Etio Camera obitu Imperatoris expiret?

Neg. Quia æquæ Audientia celebrantur atque Statu integro, & Processus tam in causis simplicis querelæ; quam appellationum decernuntur, Decreti sub nomine & sigillo Electorum (Palatini & Saxonis) Imperii Vicariorum, juxta circulos emanant, perque Camerales nuncios insinuantur. Ita Camera ad obitum Gloriosissimæ memoriæ Imp. Ferd. III. Audientias celebravit, Processus decrevit, Assessores à Circulis præsentatos, ut & Advocatos recepit. *add. Sch&van. Obs. Cam. 3. num. 6. & seq.*

An Jurisd. Etio Camera per litigantes expressè vel tacite prorogari possit?

Aff. Quoad primas instantias; Quia Camera in Principum Imperii causis, si expressè taciteve Jurisdictionem Cameralem prorogaverint, nihilque exceperint, cognoscere potest. Non autem quoad causas appellationum. *Sch&van. Obs. Cam. 15.*

An ignorantia Ordinationis Camera excuset?

Neg. *per l. 11. §. 3. ff. de inst. act.* Non enim est tolerabilis ignorantia illius, quod publicè notum est; Jam verò Ordinatio undique publicata & Statibus Imperii prælecta est. *Magenhorst. ad Ord. p. 2. tit. 30. §. fin.*

An Imperator causas in Camera pendentes, ad se advocare, & inhibere Camera, ne porro in causa procedat, possit?

Neg. Quia Imperator per modum contractus in Ordinationem Camerae consentit; idè ad ejus obsevantiã obligatur etiam de jure communi, *l. digna vox. C. de LL. & ibid. Dd. communiter. Gail. 1. Obs. 4. num. 3.* quod confirmatum *per noviss. Imp. Recept. de Anno 1654. §. Ebenmäßig sollen. 160. & per Capit. moderni Inſtitutiſſimi Imp. Leopoldi. §. Ob auch einiger. 26.*

An privilegium Austregarum Personæ, an verò patrimonio inhæreat?

Resp. Personæ inhære, *juxta Autor. præjudic. Verb. Status Imperii, in princ. ubi, Status, inquis.* Imperii in Constitutionibus considerantur maximè ratione originis, quamvis fortè bona nulla immediatè sub Imperio habeant. *Sch&van. Obs. Cam. 20. n. 2.*

An Electores & ceteri Imperii Principes Privilegio prima instantia renunciare possint?

Aff. Quia quilibet favori suo renunciare & Jurisdictionem prorogare potest. *per l. pen. C. de pact.* Generalis tamen renunciatio non sufficit, puta quod possit quis alium coram quibuscunque Judiciis convenire; quia hæc clausula de competentibus tantum intelligi debet. Ita decisum in causa Christophori de Knorigen contra David Juden, *restatur Gail. 1. Obs. 1. n. 29. & Obs. 40. per tot. Et Mynf. cent. 1. Obs. 88. Fachin. 1. contr. 61. Magenhorst. p. 2. t. 4. pag. 119.*

An Austrega locum habeant, si plures immediati simul conveniantur?

Neg. Quia, *juxta Deput. Rec. 1600. §. Beh unsern. 26.* Processus in Camera ex causæ continentia decernuntur, si de certo tribunali inter partes conveniri non possit. *add. Den. in jur. Cam. tit. 97. §. 2. Sch&van. Obs. 2. & 1. & 1. Proc. Cam. 4. num. 8.*

An Austrega in causis feudalibus locum habeant?

Neg. Quia causæ feudales jure feudorum, totiusque Germaniæ consuetudine cerros, eosque ordinarios Judices semper habuerunt, Pares scil. curiæ. *Sch&van. Obs. 14. n. 6.*

An Austrega in mandatis super pace religionis locum habeant?

Neg. Quia ex Constitutione pacis religiôsæ Camera Imperialis jus administrabit, & statim Camerale judicium adiri poterit non

obstantibus Austregis. *Rec. 1555. §. Wir befehlen. 23. Denais. in jur. Cam. tit. 181. §. 1. & tit. 216. §. 27.*

An is, qui privilegio prima instantia gaudet, non obstante tali privilegio, in Judicio Austroconveniri possit?

Neg. Quia in Austro non minus, quam in Imperiali Camera Judicio Privilegium primæ instantiæ, Austregarum Jura & Privilegia de non appellando Statibus Imperii illibata esse debent, *Instrum. Pac. Cas. Succ. art. 5. §. Visitaro consilii. 55. circa fin. Et sunt strictè observanda. Rec. Imp. 1654. §. Beneben sollen/99. §. Schleglichen. 117. & §. Was dann. 162. & hoc confirmatum Capitular. Leopold. 1658. §. Auch sollen. 18.* Sic vigore hujus dispositionis, in causa Mecklenburg contra Braunschweig & Consort. mandati de solvendo vel dimittendo hypothecam cum clausula; Item mandati de adimplendo transactionem cum clausula mandata, per sententiam 17. Februar. 1660. publicatam, compensatis expensis cassata, & impetrans ad Judicium Austregarum *juxta Ord. p. 2. t. 2. §. pen. remisus fuit.*

An Austrega cessent, si Imperii Princeps ejusve subditi simul conveniantur?

Resp. Cessare, & subditos unà cum Principe in Camera conveniendos esse, tum propter defectum Jurisdictionis Judicium Ordinationis in Principum subditos, tum propter causæ continentiam, quæ Jurisdictionem Camerae fundat. Quod tamen ita accipiendum, si subditi ex proprio facto, propter quod unà conveniuntur, condemnari queant; Secus si non ex proprio motu, verum jussu & instinctu, sine consideratione Domini, ut ministri vel officiales, aliquid perfererint; hoc casu Domini forum (Austregarum scil.) omnes fortiri debent. Quod confirmatum *in Deput. Rec. Spira anno 1600. §. Gleitner Massen. 27. Sch&van. Obs. Cam. 16. & 24. Denais. in jur. Cam. Verb. continentia causa. §. 3. Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 4. §. 7. & 8.*

An subditus, aliuvve privatus, non immediatè Imperio subiectus, Principem Imperii convenire volens, omnia habeat Ordinationis remedia, scil. der Austräge/de quibus in Ord. p. 2. t. 4. agitur? vel: An Princeps requisitus possit cogere hoc casu subditos vel alios, ut coram suis Consiliariis desuper deputatis (als der neun Råhten) agant?

Post longam disputationem decisum tandem fuit, Principem subditos cogere ad hoc non posse, sed contra si quid attenter, eum probare oportere, se hoc jus ex consuetudine, vel usu habere, quod tali casu, aliq; modo coram suis Consiliariis conveniri debeat, & quod electio viæ unius ex octo penes Actores non sit. Et ita pronuntiatum fuisse 19. Decembr. Anno 1564. in causa Wolfgangi Miltch/ contra Johannem Fridericum Ducem Saxonie & Consortes restatur, *Mynf. cent. 5. Obs. 1. add. Sch&van. Obs. Cam. 18. per tot.*

An Comites vel Nobiles immediati, si conveniantur à Nobile, vel crve aut rustico, qui non sunt immediatè sub Casare aut Camera, privilegium prima instantia habeant?

Neg. Sed rectè in Camera in prima instantia conveniri possunt, *arg. rubr. Ord. p. 2. t. 5. ubi licet hoc prætermisum videatur, tamen illud interpretandum secundum rubricam, ex qua declarationem recipit; secundum eam enim uterque & Actor & Reus debent immediatè subiecti esse Imperio, daß das Privilegium der Austräge stat habe.* Et ita Processus sunt Decreti in causa Hans Wittib contra Tecklenburg/1551. 17. Martii. *Mynf. cent. 1. Obs. 89. Gail. 1. Obs. 1. n. 17. & 49. Magenhorst. ad Ord. p. 2. t. 5. p. m. 124. & 126. & t. 3. p. 140. & seq.*

An mediati regulariter in prima instantia in Camera conveniri non debeant?

Resp. Hoc regaliter verum est; Fallit tñ. quando unius causæ plures sunt Rei, quorū est una ratio & defensio, & qui unâ actione conveniuntur. Et tunc ne causæ continentia dividatur, Judex superior omnium erit competens Judex. *per l. omnes tutores. §. C. de arbit. tut. l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur.* Ita judicatum in causa Hanau contra Weyer/Jacoben & Consortes. Anno 1548. in Novembri testu est *Magenh. in Ord. p. 2. t. 1. §. 1. p. m. 112.*

TABULA II.

Exposita Jurisdictionis Cameralis fundanda ratione quoad personas; sequitur quomodo ratione Causarum vel Factorum fundetur. Et si hic quoque de personarum litigantium conditione agatur, causarum tamen natura & qualitas potius, quam personarum attenditur.

1. Est Pacis Imperii Violatio. Pax autem Imperii Publica est vel	Religiosa, cujus	<p>Definitio. Pax religiosa est, quæ religionis ergo in Imperio inter Imperatorem, Principes & Status Imperii servanda est.</p> <p>Constitutio, quæ duo habet capita,</p> <p>Requisita, ut hæc actio locum habeat, requiritur</p> <ol style="list-style-type: none"> 1. Ut ambæ partes, tam turbans, quam turbatus sint Status Imperii vel Nobiles immediati, d. Rec. §. Unde dicitur. Verf. So sollen die Reysert. Sc. Schövan. Obs. 145. num. II. 2. Ut turbatio in personis vel rebus sit facta intuitu religionis. Gail. I. Obs. 1. num. 3. Schövan. d. Obs. 145. num. 14. 	<p>Primum est, Imperator & Imperii Ordines, ne quem Statum Confessionis Augustanæ ob eam professionem, vi vel armis invadant, à religione, fide, cæremoniisque in Ecclesiam introductis, porro vè introducendis, in propriis ditionibus dejiciant; Sed & religionem prædictam, ejusque exercitium liberum, & res arque jura omnia intacta relinquunt. Rec. Imp. 1555. §. Unde dicitur solcher Fried. 15. Denais. in jur. Cam. tit. 216. §. 4.</p> <p>Secundum est, ut eadem Ordines Augustanæ Confessionis erga Imperatorem, Ordinesque prædicte religionis, eorumque Collegia, atque alios Ecclesiastici Ordinis homines omnia observent. d. Rec. §. Dargegen sollen die Stände. 16. Denais. d. tit. §. 7.</p>
	Profana, cujus	<p>Definitio. Pax publica profana est, quæ in rebus profanis in Imperio servanda est. Rod. in Pand. Cam. libr. 1. tit. 7. pr.</p> <p>Constitutio, quæ tenentur, qui contra eam peccant vel</p> <p>Requisita, ut hæc actio locum habeat, requiritur tria,</p> <ol style="list-style-type: none"> 1. Vis publica, id est, atrox & major quam cui resisti queat. Gail. de P. P. lib. 1. c. 7. 2. Vis armata, quæ sit armata manu & coadunatis hominibus. Gail. I. Obs. 3. num. 2. 3. Dolus malus, ut nimirum vis fiat armata manu, & dolo malo, & ex proposito & destinata voluntate, Gail. d. Obs. num. 2. Myns. cent. 3. Obs. 98. 	<p>Committendo, nimirum</p> <ol style="list-style-type: none"> 1. Qui per se, vel per alium quacunq; de causa aliquem armis oppugnant, spoliant, incendio aut quovis alio modo damnum alteri inferunt. d. Rec. §. Sehen demnach. 14. Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. So iemand. 2. 2. Qui pacis publicæ violatoribus auxilium ferunt, vel operam aut comitatum præstant. Rec. eod. d. §. Ord. p. 2. t. 9. §. 2. Et tit. 12. 3. Receptatores violatorum pacis publicæ, d. Rec. §. 14. Gail. lib. 1. de P. P. c. 10. 4. Qui bona & possessiones suas in fraudem Constitutionis de P. P. alienant, aut violatoribus cedentibus recipiunt. Ord. p. 2. tit. 11. 5. Qui subditos alterius rebelles receptant. Ord. p. 2. tit. 14. Gail. de Arrest. c. 8. num. 15. add. Roding. lib. 1. tit. 7. §. 12. Et seqq. <p>Omittendo,</p> <ol style="list-style-type: none"> 1. Qui jus pacis publicæ in uno vel pluribus articulis neglexerint, & illi non paruerint, Ord. p. 2. tit. 9. §. 2. 2. Qui vicinis suis vim publicam atque auxilium inclamantibus non opem ferunt, neque violatoribus P. P. persequuntur, Rec. 1594. §. Also ist auch. 75. 3. Qui milites sin Imperio sine Duce grassantes non repellunt, sed illis connivent, Ord. p. 2. tit. 15.
2. Causa fiscales, cum Fiscalis Cæsareus fisci nomine contra delinquentes in Camera ex- peritur. Facta ex quibus causæ fiscales oriuntur, sunt		<ol style="list-style-type: none"> 1. Si quis contra Auream Bullam commiserit. Ord. p. 2. tit. 20. §. 1. 2. Si quis contra Constitutionem de P. P. commiserit. Ord. ibid. 3. Si quis mandatis Cæsareæ Majestatis vel Camera Imp. non paruerit. d. Ord. §. 2. 4. Si quis adversus politicas sanctiones & Ordinationes Imperii fecerit: Veluti si quis Monopolium exercuerit contra reformationem politicæ Augustæ 1548. publicatam, & Francofurti 1577. renovaram. Ord. d. tit. §. 3. 5. Si quis subditos alienos propter Anabaptismum ab ordinario Magistratu pro fugos receperit. Ord. d. t. §. 5. 6. Si quis Turcis, aliisvè Imperii Romani hostibus auxilium præstiterit, vel istis arma vendiderit. Ord. d. tit. §. 4. Gail. lib. 1. de P. P. c. 1. num. 41. 7. Si quis Contributionibus seu Collectis Imperii inferendis & præstandis, moram fecerit. Ord. d. t. 8. Si quis Contributiones pro sustentatione Camera Imperialis non solverit, Rec. Deput. Et Visir. 1557. §. Berner nach dem. Sc. add. Noviss. Rec. 1654. §. Unde zwar. 4. Et seqq. 9. Si quis alium ex Imperio ad Judicium exterum pertrahat. Rec. 1512. §. Wo aber. 58. Et in noviss. Rec. 1654. §. Als sich dann. 158. denuo cautum, ne in causis civilibus & temporalibus sub specie recursus, aut Appellationis ab Officialibus Episcoporum ad Nuncios seu Pontificem Processum dirigantur, vel aliâ causâ extra Imperium trahantur: quod confirmatum in Caput. Leopold. 1658. add. Rod. in Pand. Cam. libr. 1. tit. 8. §. 14. 10. Præter enumeratos adhuc multo plures sunt casus, in quibus interesse Fisci fundarum est, de quibus vid. Schövan. Obs. Cam. 25. n. 6. Et seqq. Et Rod. d. l. §. 16. 	
	3. Causa litigiosa possessionis, cujus	<p>Definitio. Causa litigiosa possessionis est, si inter duos pluresve immediate vel mediate Imperio subjectos quis rem aliquam possidendi vel possessionem adipiscendi, jure potior esse contendat, & ex contentione illa armorum periculum imminet. Rod. lib. 1. tit. 9. §. 2.</p> <p>Constitutio, quæ in Comitibus VVormat. Et August. anno 1521. 1548. Et 1555. promulgata, revisa & ampliata est, de qua etiam in Ord. p. 2. t. 21. disponitur. Non autem omnes litigiosæ possessiones immediate ad Camera pertinent, sed tantum in tribus casibus in Constitutione nuncupatim expressis locum habent, de quibus vid. d. Ord. p. 2. t. 21. in pr. §. 1. Et §. fin. Rod. d. t. §. 5. 6. Et 7. Gail. I. Obs. 5. num. 1. 2. Et 5. Itaque extra illos casus speciales, Judex Ordinarius Rei, qui controversiam possessionis movet, adiri debet. Gail. d. Obs. num. 9.</p> <p>Requisita sunt</p> <ol style="list-style-type: none"> 1. Ut litigantes immediate Imperio subjecti sint; Nisi bona, de quibus lis est, sub diversis jurisdictionibus sita fuerint. Tunc enim ob causæ continentiam Camera Judex competens est. Ord. p. 2. t. 21. Schövan. Obs. Cam. 56. num. 6. 2. Ut uterque contendat se possidere, & alter præ altero justiore alleget possessionem. Gail. I. Obs. 5. n. 5. 3. Ut præsens armorum tumultus, aut vis alterius & timor justus adsit. Ord. ibid. Schövan. Proc. lib. 1. c. 16. 	
4. Pignoratitio, cujus	<p>Definitio. Pignoratitio est possessionis turbatio, quam alter alteris possessionis invertenda, & sibi novi juris acquirendi causâ, captis personis vel rebus infert. Rod. lib. 1. tit. 10. p. 2. Gail. de pignorat. Obs. 1. num. 7. Et 3. n. 1.</p> <p>Constitutio in Comitibus August. anno 1555. promulgata, cujus summa hæc est: Immediatus si immediatum, ejusve subditos, ulla ex causa, exceptâ causâ criminis, pignoratitio, vel ceperit, Camera Imp. pignorato officium Judicis imploranti mandata poenalia S. C. de faciendâ in continenti restitutione, vel relaxatione, sub solita cautione non ulciscendi, seque rursus, si judicatum sic fuerit, sistendi, decernat. Ord. p. 2. t. 22. in pr. Gail. de pignorat. Obs. 1. num. 2.</p> <p>Requisita sunt</p> <ol style="list-style-type: none"> 1. Ut uterque pignorator & pignoratus, immediate subsint Imperio. Gail. de pign. Obs. 3. num. 2. 2. Ut pignoratus sit in possessione ejus loci & juris, in quo & ubi facta est pignoratitio. Gail. ibid. n. 6. Et 1. Obs. 8. n. 5. 3. Ut pignorator ex pignoratione facta, sibi ibi loci aliquid novi juris usurpare velit. Gail. d. Obs. num. 7. 4. Ut res alia capiatur propter rem aliam; & sic res tertia atque innocens sit. Gail. ibid. num. 8. 5. Ut pignoratitio facta sit ob causam civilem, non criminalem. Gail. d. l. n. 11. Schövan. Proc. Cam. lib. 1. cap. 12. n. 5. 6. Ut pignoratitio per pignorantem ipsum, vel alium jussu & rati habitione ejus, facta sit. Ord. p. 2. tit. 25. Rati habitio autem probata censetur, si Dominus restitutionem, cum possit, non facit. Rec. 1594. §. Wann sich. 82. add. Schövan. Proc. Cam. lib. 1. cap. 12. n. 3. Rod. lib. 1. tit. 10. a §. 6. usque ad §. 18. 		

De sex reliquis factorum generibus vid. Tab. seq.

And

An ii, qui neque Catholicae religioni, neque Augustanae Confessione sunt addicti, beneficio huius pacis religiosa scilicet: & profana frui quoque debeant?

Neg. Per Rec. Imp. 1555. §. Doch sollen. 17. ibi istarum religionum neutram amplexi, beneficio huius pacis frui non debent. Quod tamen hodie per Instrum. Pac. art. 7. §. 1. & per Noßis. Imp. Rec. de Anno 1654. in pr. & §. Doch soll darbey. 18. Correctum est, ita, ut quicquid juris aut beneficii pax religiosa & profana Catholicis & Augustanae confessioni addictis Statibus & subditis tribuat, idem iam ita dictis reformatis competere debeat.

An Exceptiones fori declinatoria admittantur in causis violatae pacis publicae?

Neg. Quia omnes causae fractae pacis principaliter & immediate per viam simplicis querelae ad Caesarem vel Camerae spectant, Hinc licet Principes Electores non patiantur, etiam in causa appellationis, causas ad Camerae devolvi, tamen ob fractam pacem publicam non solum eorum subditi, sed & ipsi in Camera conveniri possunt. Ita etiam Domus Austriaca, etiam si exemptionem habeat à tribunali Camerae, tamen in hoc fractae pacis publicae casu, Camerae iudicio subiecta est. Gail. 1. Obs. 2. & 3. & de Pac. publ. lib. 1. cap. 11. n. 1. Mysf. cent. 5. Obs. 58. n. 8. Magenh. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 9. p. m. 146.

An Constitutio fractae pacis ad casus, qui in oppido, aut civitate fiunt, se extendat; veluti si quis coadunat à multitudine ministrorum violentiam exerceat?

Aff. Quia vis publica non minus in oppido, quam extra committi potest. (2.) Quia maior hic ratio militat, si enim in via publica & aperta pax non est frangenda, multo minus in oppido aut domo, utpote tutissimo civium refugio. Schövan. Obs. Cam. 36. Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 7. §. 5. in add. pag. m. 65.

Quotnam homines coadunationem faciant?

Resp. Hoc iudicis arbitrio & discretioni committitur, quot homines coacti sufficiant, ut pax fracta dicatur. Rec. Imp. 1594. §. ebeuer massen ist. 36. Vers. Das solches zu des Ritters discreton gestellt sein soll. Schövan. Obs. 28. & lib. 1. Proc. Cam. cap. 14. n. 10. & seqq. Tennag. de decernend. Proc. class. 1. cap. 3. n. 1. p. m. 23.

An Constitutio fractae pacis locum habeat, si pacifragus impeditus fuerit, quominus pacis violationem in effectum producere potuerit?

Constitutionem quidem locum habere propter conatum & actum maleficio proximum, sed mitiorem poenam irrogandum esse, testatur Gail. de R. P. lib. 1. c. 14. n. 8. Schövan. Obs. Cam. 30.

An supplicatio in causa fractae pacis publicae sit inferenda utilissima constitutio? si quis in tantam. 7. C. unde vi?

Aff. Quia sic acerbitate poenae amissionis domini violentia talis eo facilius potest tolli. Nam vigore d. l. Si quis si res fisis, vel alterius alicujus possidentis, absque jussu Iudicis ademerit, si quidem Dominus est, rem amittit; sin aliena res erat, non solum eam reddit ei, qui rapinam passus est, veram etiam ipsius aestimationem. Limitationes circa d. l. vide apud Gl. ibid. add. Magenh. ad Ord. Cam. p. 2. t. 9. §. Wir wollen auch. p. m. 169.

An accusatio fractae pacis transeat ad haeredes?

Resp. Accusationem fractae pacis transire ad haeredes, si solum super restitutione damnorum & interesse agatur; secus si actio fractae pacis tantum institueretur ad bannum. Nam tunc poenalis illa actio non transit ad haeredes, sive ante sive post litis contestationem, per text. in §. non autem omnes. 1. & ibi Gloss. Instit. de perpet. & temp. act. Deput. Rec. 1557. Betreffend die Anregung. 24. Ord. p. 2. tit. 9. §. und also/ ibi, nachgelassenen Erben. Magenh. ad Ord. p. m. 171.

Pena pacifragorum est vel pecuniaria, nimirum: sivey Zausend feines Goldes & perditio privilegiorum, vel poena banni. Unde Qu.

An Imperator vel Camera bannitum sine Consensu offensi restituere possit?

Aff. Bart. Socin. Iun. Consil. 68. per tot. arg. l. sciendum. Cum duab. ll. seqq. ff. de Usur. Verum Negativa verior, quod scilicet Camera vel Caesar Camerae relatione auditâ, non sine voluntate adversariorum bannitum restituere possit. Ord. p. 2. tit. 18. in pr. De natis. in jur. Cam. Verb. Banni absolutio, §. 1. Sic in causa Sieber contra Wülffen Rei banniti per Notarium judicialiter in publica audientia deprecantes genibus flexis remissionem & absolutionem impetrarunt, praevia tamen transactione cum Fiscali & parte adversâ. An. 1658. 20. Octobr. Vid. Roding. lib. 1. tit. 7. p. m. 69.

An praeda venationis, piscationis vel aucupii, si sita in persequentis potestatem venerit, ut jam evadere amplius nequeat, potius pro re ipsa, quam re tertia habenda sit?

Prædam venationis, piscationis, aucupiorumve protinus pro re tertia & pignoratione habendam, & mandata sine Clausula decernenda esse Deputati Imperii Ordines Spiræ 1600. §. Weiter ist auch in unserm. 39. decisione suâ confirmarunt. Ratio, Quia præda per capturam in capientis & pignorati dominium venerit. add. Roding. lib. 1. tit. 10. §. 35.

An ex hac Constitutione pignoratitia mandata sine decernenda, si de jure forestae vel glandis legenda sit, & alicui pyra, aliiive fructus sylvestres auferantur?

Dist. Utrum fructus pignorati directi juris ipsius controversi fructus, an verò alterius separati sint: Priori modo mandata non decernuntur, neque constitutio locum habet: Quia ejusmodi fructus non extra fundum vel jus litigiosum, sed fundi & juris, atque sic rei ipsius controversae pars sint, quemadmodum etiam in fœno, ligno, frugibus, & aliis similibus fructibus naturalibus, ex ipso fundo prognatis observatur, qui pro re ipsa habentur. Posteriori autem modo, si fructus ablati juris separati sint, qui cum fundo litigioso nihil commune habent, ut, si propter jus lignandi, glandes, aliiive fructus sylvestres, vel propter jus decimandi fruges, ad solutionem decimarum nondum destinatae, neque expositae auferantur, tanquam pro re tertia & innocente ablata ex Constitutione hac pignoratitia mandata decernenda sunt, quod etiam per d. Rec. 1600. §. Da aber die. 40. confirmatum est. add. Rod. d. l. §. 36. & Schövan. P. C. lib. 1. cap. 12. n. 11. & 12.

An si propter jus aliquod controversum signa, puta Castro litigioso insignia affixa, vel vino vendibili hedera suspensa & id genus alia deiciantur, Constitutio hac locum habeat & mandata decerni queant?

Resp. Si hedera suspensa insigniave destructa concisive deiciantur ex odio in pignorantem Constitutionem locum habere, quantumvis exiguum sit, quod praeter signatum & rem litigiosam alteri absit, dum tamen aliqualem recipiat aestimationem, quia potius rei signatae & controversi juris, quam signi ratio habenda est. Rec. Imp. 1600. §. Auf den Fall. 48. Rod. d. l. §. 44. Schövan. Pr. C. lib. 1. c. 12. n. 25. & Obs. 89. n. 3.

An si ob jus aliquod litigiosum superficies aliqua, vel res solae quapiam, puta; patibulum, sapes, casula aliave strues, & id genus alia destruantur, deicianturve, nihil tamen auferatur, Constitutio pignoratitia locum habeat?

Aff. Quia haec in fraudem Constitutionis fieri videntur; ita in huiusmodi non minus, quam in aliis casibus, quatenus res aestimationem aliquam admittat, mandata S. C. decernantur: quod per d. Rec. 1600. §. Wan sich dann. 49. confirmatum est.

TABULA III.

Hæc Tabula agit de sex reliquis factorum generibus. Nimirum de

5. Arresto, cujus
Definitio, Arrestum seu Arrestatio est impedimentum sive interdictum Judicis, quo contra jus & de facto persona aut res ex loco, ubi inventa est, excedere vel moveri prohibetur; donec v. g. debitum, pensio, reditus annui, decimæ, collectæ, census, vestigal & id genus alia præstentur & solvantur, aut controversia jure judicioque, vel transactione disceptetur & causa arresti collataræ. Rod. lib. 1. tit. XI. §. 2. Gail. de Arrest. cap. 3. in pr. & de pignor. Obs. 1. num. 6.
Constitutio promulgata est in Comitibus Spir. anno 1570. Summa illius hæc est; Si quis immediatus, alterius immediati res subditosve, eorumve bona arrestaverit, nec arrestum, oblatâ idoneâ cautione, judicio fisci, & judicatum solvi, relaxaverit: Arrestato in Camera mandatum S. C. cum annexa citatione ad docendum vel videndum, decernatur. d. Rec. §. Wann auch die Arresta. 85. Gail. 1. Obs. 19. n. 4. Denaisf. in jur. Cam. tit. 184. §. 1.
Differentia inter pignorationem & arrestum videatur apud Gail. de Pignor. Obs. 1. n. 4. 5. & 6. Et quæ sint communia utriusque Constitutionis apud eundem, de Arrest. cap. 2. n. 1. & seqq. & num. fin.

Requisita sunt
 1. Ut utraque pars, tam Arrestata, quam Arrestator immediatè Imperio subjecta sit. Nisi plures fuerint diversi generis Actores, immediati & mediati: Tunc enim ex causæ continentia mandatum super arrestis impetrari potest. Gail. de Arrest. c. 4. in pr. Schövan. lib. 1. Proc. Cam. c. 13. num. 2.
 2. Ut Arrestatori offeratur idonea cautio de judicio fisci & judicatum solvi. Gail. d. l. num. 9. II. & 12.
 3. Ut Arrestum factum sit ob causam civilem, & non criminalem. Gail. d. l. num. 16. Ord. p. 2. tit. 28.
 4. Ut Arrestator ipse, aliusve ipsius mandato vel jussu, arrestum fecerit. Gail. d. l. num. 8. & Schövan. d. l.

6. Causis mandatorum C. vel S. C. & proponitur hic
 1. *Causarum mandatorum C. vel S. C. descriptio, quæ sunt, in quibus Actor mandatum C. vel S. C. pro qualitate facti & circumstantiarum ratione, habitâ, sibi decerni, & quasi ab executione Processum inchoari postulat. Rod. lib. 1. tit. 12.*
Cum clausula, (quæ tamen nunquam decerni possunt, nisi Jurisdicatio Camera quoad Reum, immediatè fundata sit. Gail. 1. Obs. 19.) sunt
 1. Si quis pacem publicam vel religionem violaverit. Memor. Visir. 1579. §. Ferners ist ben. 7.
 2. Si quis contra pacem publicam profanam alterum vi armatâ ceperit, vel ex possessione sua dejecerit. Gail. de P. P. lib. 1. Obs. 5. n. 16. 17. 18. & 19. Rod. lib. 1. tit. 12. §. 5.
 3. Si Judex in Justitia administranda negligentem se præbuerit. Myns. c. 5. Obs. 82. n. 6.
 4. Si quis de fuga non suspectus ex causa civili vinculis teneatur, nec relaxetur, etiam si pignoribus vel fidejussoribus cavere paratus sit. Rec. 1600. §. Auch haben. 61. Gail. 1. Obs. 26. num. 2.
 5. Si tertius aliquis tempore executionis bona proscripsi vel banniti possideat, quæ jure obligationis, aliove quolibet titulo justo vel injusto occupavit. Gail. de P. P. lib. 2. c. 17. num. 13.
 6. Si Judex sententiâ ante ferre nolit, quàm partes appellationi renunciaverint. Rod. d. l.
*Sine clausula, quæ tamen non aliter, quàm in materia quatuor casuum, vulgò **der vier Fälle** decernuntur, unde mandata super quatuor casibus appellantur. Rec. imp. 1654. §. Alle Supplicanten. 73. Ejusmodi autem sunt*
 1. Si tale factum sit, quod omni jure vel de consuetudine prohibitum sit, & tale, quod nullo jure justificari queat. Ord. p. 2. t. 23. Gail. 1. Obs. 1. n. 5. & Obs. 13. num. 3.
 2. Si factum tale sit, quod irrecuperabile damnum inferat, d. Ord. ibiq. Magenh.
 3. Si factum sit contra Republicam, & ad publicam perniciem tendat. Ord. ibid. vers. **Oder daß die Sache wider den gemeinen Nutz were. &c.**
 4. Si factum moram ferre nequeat, & periculum adsit, d. Ord. §. **Es were. ibi. Oder keinen Verzug leiden möchte.** Periculum autem in mora variis modis esse potest: puta, si metus sit invasionis, vel irruptionis hostilis: Si in carcere quis cum fame, squalore & inedia, cum salutis & vitæ discrimine detineatur; Si armorum adsit metus præsentissimus: Si alimenta denegentur. Ea enim ne momento quidem retardari debent, ne quis fame pereat. Schövan. Obs. Cam. 134. n. 9. add. Gail. 1. Obs. 13. n. 4.

7. Relaxatione juramenti ad effectum agendi. Cujus
*Causa sunt, quando Actor queritur, se ob causam civilem à Magistratu in carcerem conjectum ante liberari non potuisse, quàm solenne juramentum (quod vulgò **geschworne Brpbedt** appellatur, alii **literas exultionis** sive **securitatis** vocant. Gail. 1. Obs. 2. in pr.) præstitisset, de carcere, neque de facto, neque de jure judiciove vindicando, & propterea relaxationem sive absolutionem à juramento postulat. Ord. p. 2. t. 24. Myns. cent. 3. Obs. 99. Gail. 1. Obs. 1. n. 23. & Obs. 22. n. 1.*

Requisita sunt
 1. Ut is, qui juramentum exegit, & sic Reus, immediatè subsit Imperio. Schövan. man. d. l. I. Proc. Cam. cap. 17. num. 1.
 2. Ut Carceratus in obligatione jurata, **in der Brpbedt** (cujus copia, si haberi poterit, unâ producenda est) non tantum jurarit, se carcerem non vindicaturum, sed nec jure contra formam juramenti experturum. Schövan. man. d. l.
 3. Ut causa sit civilis, ob quam Actor carcere detentus fuit. Gail. 1. Obs. 2. n. 4. Schövan. d. l.

8. Causis L. diffamari, ubi proponitur
1. Causa hujus legis, quæ est, cum Actor queritur, se à Reo diffamari de suo statu, vel de crimine aliquo, vel debito, vel alio modo, videlicet ratione ejus quod sua interest, veluti ratione bonorum seu possessionis, in qua diffamatus jus sibi asserat, & plus juris prætendat, quàm Actor habeat. Ord. p. 2. t. 25. Myns. cent. 5. Obs. 81. Gail. 1. Obs. 9. n. 10. & 2.
2. Differentia C. vel S. C. ex cuius dispositione Constitutio h. L. diff. locum habet in omni causarum genere civilium & Criminalium. Gail. d. Obs. n. 2.
3. Camerale, ubi Constitutio h. L. solum obtinet in causis fractæ pacis, injuriarum, aliisque similibus. Gail. d. Obs. n. 1. Ord. p. 2. t. 25.

Requisita
 1. Ut diffamatus seu supplicans immediatè Imperio subjectus sit: vel ut causa sua natura ad Camera pertineat. Myns. cent. 5. Obs. 81. Gail. 1. Obs. 10. num. 1.
 2. Ut diffamationis qualitas gravis sit, quæ pacem publicam turbare & scandalo esse queat, & quæ versurè dolo malo, aliove modo, in alterius præjudicium & gravamen sit atque tendit. d. Ord.
 3. Ut documentum diffamationis & probabilis quædam notitia simul exhibeatur: Debet enim Judici & Assessoribus Camera prius constare probabiliter de diffamatione, quàm Processus decernant. Ord. ibid. cui add. Magenh. pag. m. 243.

9. Causis denegata vel protracta justitia, quæ sunt, cum Actor ab inferiore & competente Judice sibi Justitiam denegari, aut protrahi queritur. Ut hæc Actio locum habeat. Requiruntur
 1. Ut Justitiam denegans vel protrahens immediatè Camera subjectus sit; Ita ut Actor inter Judicem Justitiam denegantem vel protrahentem, & Camera Imperialis alium Judicem non habeat. Ord. p. 2. tit. 26. §. **Es soll auch.** Myns. cent. 5. Obs. 82. Gail. 1. Obs. 1. n. 26.
 2. Ut expressè & manifestè Justitia denegata vel protracta sit, & hoc requisitum notorium sit, vel documento seu instrumento requisitionis publico probetur oportet. Ord. ibid. in pr. Myns. cent. 2. Obs. 24. Gail. 1. Obs. 28. num. 3.
 3. Ut Judicium coram inferiore Judice nondum sit cœptum; & sic jurare tenetur, quod non speret, se apud Judicem inferiorem Justitiam consecuturum. Mynsing. cent. 3. Obs. 58. Quod ex jure Canonico, c. **statutum.** II. §. **cum vero. de Rescript. in 6.** Juramentum per horrentiæ vocatur, quod nuper in Cam. præstitit **Lacques Boudier contra Dietrich Dobben 7. Julii 1657.** Vid. Roding. lib. 1. tit. 15. §. 12.

10. Causis violati privilegii Cæsaris, cum Actor queritur, se contra privilegium Cæsaris violatum esse, & violatorem in pœnam privilegio constitutam condemnari petit. Gail. 1. Obs. 1. num. 7. Requisita hujus actionis sunt
 1. Ut privilegium ante citationem sit insinuatum ei, qui illud temerare fuit ausus.
 2. Ut & idem, de pœna privilegio inserta, sit certior factus & admonitus. Roding. d. l. tit. 16. §. 4.
 3. Ut dolosè ex proposito, certa que scientia quid contra factum sit. Rod. d. l.
 4. Quod post omnes admonitiones **unrechtllicher Weise**, infregerit tale privilegium. Roding. d. l.

An arresta regulariter sint prohibita?

Quamvis regulariter omni jure tam civili quam canonico arresta prohibita sint; illud tamen intelligendum de arrestis, quæ facti sunt, hoc est, quæ sunt propria autoritate, sine causa cognitione, illa de jure omnino interdicta sunt, quia iudicium ab executione non est inchoandum, nemoque sibi in propria causa ius dicere debet, maxime si post factam arrestationem arrestatori idonea cautio iudicio sibi & iudicatum solvi offeratur, quo casu unusquisque cujuscunque sit Status vel dignitatis, jure & non de facto, quod sibi debetur exigere debet: & ejusmodi arresta proprie ad Constitutionem Arrestorum pertinent. Non autem de Arrestis, quæ juris sunt, illa enim cum causa cognitione fiunt & licite interponuntur, præsertim contra forenses five extraneos & advenas: Quia Arresta in Germania passim contra debitores extraneos, & advenas, ad simplicem creditoris petitionem permittuntur, ad eum potissimum effectum, ut creditorem securum reddant debitores, datis pignoribus vel fidejussoribus. *Gail. de Arrest. cap. 3. n. 2. § 14. & cap. 11. n. 3. & 11. § 2. Obs. 44. n. 10. Tennag. de decernend. Process. class. 1. cap. 28. n. 6. p. m. 56.*

An Constitutio Arrestorum locum habeat, si quis transiens solum per alienum territorium, à Magistratu vel iudice ad instantiam tertii tanquam partis interesse, arrestetur?

Resp. Constitutionem hanc locum habere, & oblatâ cautione mandatum, dum cætera aptè quadrent, ad Arresti relaxationem contra arrestatorem in Camera decernendum esse. *Deput. Reces. 1600. §. Wann sich begeben. 51. Denais. injur. Cam. tit. 184. §. 11. Schövan, Obs. 152. n. 15. & Proc. Cam. lib. 1. c. 13. n. 6. & seq. Roding. lib. 1. cap. 11. §. 30.*

An Constitutio Arrestorum locum habeat, si subditi in alienum territorium migrando domicilia mutantes ob non soluta jura emigrationis / der Nachsteuer halber arrestati fuerint?

Resp. Constitutionem Arrestorum locum non habere, nec mandata in ejusmodi casu decernenda esse. *Et ita constitutum in Constit. Imp. An. 1594. §. Und so viel die ungleiche Meinung, fol. 30. Denais. in jur. Cam. cap. 184. §. 5. & 6. Schövan, Proc. Cam. lib. 1. c. 13. n. 12. & seqq. Rod. d. l. §. 20. & seqq.*

An is, qui Status Imperii quidem est, sed ratione quorundam bonorum mediatus, ratione illorum bonorum mandata super constitutione de pignoribus vel Arrestis impetrare possit?

Negat *Gail. de Arrest. cap. 6. n. 10. & 11. Affirmat Mend. de Process. lib. 1. c. 34. n. 21.* Opinionem Negativam Deputati Imperii Ordines VVormatiæ anno 1589. decisione suâ confirmarunt. *§. In Fällen aber da etc.* Sed postea hæc quæstio plenâ Statuum Imperii decisione nondum expeditâ, ad omnium Statuum Imperii Conventum rejecta est. *Vid. Deput. Rec. 1600. §. Es haben uns auch. 145. Roding. Pand. Cam. lib. 1. tit. 10. §. 9. Reinkjng. de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 10. n. 27.*

An Cautio sub hypotheca omnium bonorum in causis Arrestorum sufficiens sit?

Resp. Hoc iudicis arbitrio committendum esse; quia ejusmodi casus, eorumque circumstantiæ multiplices & variæ sunt, ut hac de re certi aliquid statui non possit. Proinde Iudex habitâ ratione circumstantiarum, rerum, causarum & personarum, hac in re sententiam ferat. *Quod approbatum in Deput. Rec. 1600. §. So ist auch aus. 63. Denais. in jur. Cam. Verb. Cautio, Schövan, Proc. Cam. lib. 1. cap. 13. n. 9.*

An cautio iudicio sibi & iudicatum solvi in causis Arrestorum etiam ab illustribus personis & Statibus Imperii prestanda sit?

Aff. *Gail. de Arrest. cap. 4. n. 15.* Quia sic Constitutio expressè voluit; Interim tamen quæ sit sub hypotheca omnium bonorum pro sufficienti habetur. De jure verò communi ipsæ talis cautio ob dignitatis splendorem & præminentiam remittitur, etiam si bona immobilia non possideant *per text. in l. quorsus. 17. Cod. de Dignitat. lib. 12. Glöf. ibi in verbo fidejussionis.*

An Domini sevitia in subditos mandatis pœnalibus coerceri possit?

Aff. Et sic hoc in casu mandata S. C. in Camera non solum decerni, sed etiam ob nimiam Dominorum asperitatem & sevitiam subditi ab ipsorum jurisdictione eximi possunt. Unde si Dominus aliquis insolitas à suis subditis operas, aut servitia indebita & injusta exigere eosve ultra modum debitum collectare vel census & redditus augmentare conetur, possunt ipsi implorare officium superioris, ut is Domini oppressionem reprimat. *Gail. de P. P. 1. Obs. 2. n. 22. & 1. Obs. 17. n. 1. & seqq. Mynsing. Cent. 5. Obs. 8. n. 4. & 12.*

An prius opus sit admonitione superioris, ut desistat à sevitia & subditos bene tractet?

Negat *Grammat. Decis. 104. per rot.* Sed aliter in praxi observari, quia admonitio superioris præcedere debet, *refatur Gail. d. 1. Obs. 17. n. 4.*

An tutum sit mandare S. C. si subditi præ metu supplicare non audeant, aut vi prohibeantur?

Quamvis Camera mandata sine clausula decernat, si narrata supplicationis tantam referant sevitiam, atrocitatem, iniquitatem, ut factum omnijure prohibitum, nec ullo modo justificari posse iudicetur. Tamen, si singulariter contributiones aut angarias novas ac indebitas Dominus exigat, sive quid aliud injusti sive insoliti oneris suis subditis imponat, tutum non erit mandare sine clausula, ne videlicet subditi adversus Dominos armentur, & ad majorem inobedientiam fiduciâ mandatorum incitentur; sed interdum cum clausula, in defectu tam atrocium circumstantiarum, Camera mandare potest, & quidem in casu, quo Dominus est Prælati, Comes, Baro, vel Nobilis Imperii. *Gail. d. 1. Obs. 17. n. 1. & 6. Tennag. de decernend. Process. cl. 2. cap. 9. n. 2. & 30. p. m. 97.*

An is, qui in possessione suâ diffamando turbatur, ex L. diffamari. agere possit?

Aff. *Magenh. ad Ord. Cam. p. 2. tit. 25. p. m. 242.* Et ita citatio decreta in causa Mainz contra Sachsen.

Sed quanam sint istæ similes causæ, in quibus tantummodo Processus ex L. diffamari. deserni debeant?

Resp. Istas omnes esse, quæ famam existimationem hominis quoquo modo lædunt. Non tamen hæc ita sollicitè investigandum, quæ nuncupatim sint istæ similes causæ, cum sufficiat scire hanc Constitutionem generaliter pertinere ad publicas diffamationes & atrocissimas injurias, ex quibus pax publica turbari possit. *Gail. 1. Obs. 10. n. 5. & 6. Magenh. d. 4. p. m. 241.*

An Captivus ante, quam dimissus fuerit à carcere, pro relaxatione juramenti ad effectum agendi agere possit?

Resp. Ante liberationem non rectè agere pro relaxatione juramenti ad effectum agendi, quia committeret perjurium, & exceptio perjurii, est exceptio litis finitæ; sed postquam dimissus est, & se gravatum sentiat, probe agere possit. *c. si verò. 8. X. de jurejur. Gail. 2. Obs. 22. n. 3.*

TAB. IV. *Hactenus de prima Instantia, quomodo scil. causa per viam simplicis querelae ad Cameram devolvantur; Jam vero de secunda Instantia, quomodo scil. per viam Appellationis.*

Appellatio est provocatio solennis ad majorem Judicem, ratione gravaminis illati vel inferendi, Cujus

Requisita sunt	<p>1. <i>Vi fiat gradatim.</i> Gail. 1. Obs. 119. n. 2.</p> <p>2. <i>Vi sit certa pecunia summa</i>, seu aestimatio rei, de qua litigatur; quae olim fuit Florenorum quinquaginta, <i>Ord. p. 2. tit. 28. §. 4.</i> Postea constitutum in <i>Comm. Anno 1570.</i> ut summa appellabilis esset centum & quinquaginta Florenorum. Tandem Anno 1600. Constitutio promulgata, qua sancitum ut summa appellabilis in posterum florenorum trecentorum sit. Hodie <i>Rec. Imp. 1654. §. Vierter foll. 106.</i> Summa appellationis iterum adaucta; ita ut 400. thaleri hodie faciant summam appellabilem, & 16. in redditibus annuis. Excipiuntur <i>Statuum privilegia de non appellando</i>, quae strictè servanda. <i>d. R. §. Drittens foll. 105.</i></p>	<p>1. Nisi proximus & intermedius Judex Justitiam notoriè denegaverit, <i>Ord. p. 2. tit. 29. in pr.</i> quo casu lis non per viam appellationis, sed per viam simplicis querelae ad Cameram devolvitur. <i>Myns. cent. 3. Obs. 55. §. 57.</i></p> <p>2. Nisi Judex intermedius seu proximior causae conjunctus & affinis fuerit. <i>Ord. ibid.</i></p> <p>3. Nisi intermedius Judex esse non possit, quia forsitan suspicionis vitio laboret, aliamve ob causam in habilis esset. <i>Ord. ibid. Gail. 1. Obs. 119. n. 2. Myns. cent. 1. Obs. 67. Vid. Roding. lib. 1. tit. 2. §. 9. §. seqq.</i></p>
Fundamenta, quae positissima esse videntur in Actorum editione, quae hodie Apostolorum vicem supplent. Ubi enim	<p>1. Appellans intra triginta dies ab interposita appellatione Acta prioris instantiae, instanter & oblata cautione solvendae mercedis, à Judice inferiore requirere tenetur; alias causae in Camera pronunciantur desertae vel ad postulatam partem appellatae, vel etiam ex officio Judicis parte licet tacente. <i>Ord. p. 2. t. 31. in princ. 11. p. 3. t. 31. §. 3. Rec. Imp. 1654. §. Ob er auch. 54.</i></p> <p>2. Appellans simul cum citatione sub praedictio desertionis Compulsoriales petere debet, <i>Rec. de anno 1654. §. Desgleichen sollen. 54.</i></p> <p>3. Appellans Acta, si ad eorum requisitionem Judex inferior terminum redimendi praefixerit, nec tamen intra eum ediderit, ulterius requirere, ulterioremque requisitionem ulteriori documento intra hunc terminum probare tenetur, sub praedictio absolutionis. <i>Rec. 1654. §. Darbey gleichwohl. 57.</i></p> <p>4. Acta integra Judici Camerae edenda usque mandata Procuratorum inferenda, <i>Ord. p. 2. §. 1. 31. §. 2. §. 3.</i></p> <p>5. Acta si sint manca nec integra, Judex ejusque Notarii seu Schibae sumtibus propriis supplere debent. <i>Ord. ibid.</i></p> <p>6. Si Acta integra haberi nequeant, quia sunt amissa, causa pro conclusa ex officio acceptatur, & interlocutoria Actori originario in Camera de novo agere injungitur; Judex autem inferior in unam aut duas marcas auri, ob id quod Acta decenter conscribi non curaverit, pro arbitrio judicantis condemnatur, <i>Myns. cent. 1. Obs. 11. Gail. 1. Obs. 134. n. 14. §. 21.</i></p> <p>7. Acta partibus utrinque aut eorum procuratoribus praesentibus inrotulanda, & clausa in Camera exhibenda sub poena arbitraria. <i>Rec. 1654. §. So dann 56.</i> Iisque rationes decidendi tam ipsius judicis à quo, quam Universitatis seu Collegii juridici clausae adjungendae sub poena duarum marcarum auri <i>Rec. 1654. §. Desgleichen sollen. 54. cum §. seqq.</i></p> <p>8. Actorum perlustratio, an integra edita sint, clientibus aut eorum Advocatis indulta. <i>d. Rec. §. Wolte er aber. 59.</i> Arcentur tamen per commune decretum de anno 1657. 28. januar. sollicitantes & Advocati non jurati, idque ut omni fraudi via praescindatur.</p> <p>9. Acta ne supra quam par est aestimentur, alias eorum taxatio non solum à Camera moderetur, sed etiam contra immoderatè taxantem monitoria decernantur. <i>Denasf. in jur Cam. tit. 3. §. 1. §. 4.</i></p>	<p>Si Appellatio interposita fuerit</p> <p>Incontinenti, viva voce, & sufficit, quod gravatus dicat, appello & requiro Acta, quod tamen postmodum per extractum protocolli docere debet. <i>Roding. lib. 1. t. 26. §. 6.</i></p> <p>Ex intervallo, in scriptis coram Notario & testibus, quod fit, quando appellans coram Judice inferiore appellationem interponere nequit, quia abest, vel sibi ab illo metuit, <i>Rod. d. l. §. 10.</i></p> <p>à Sententia</p> <p>Definitiva, quoties eam gravamen illatum censetur.</p> <p>Interlocutoria non aliter, nisi ea vim definitivae habeat, vel gravamen contineat, quod per appellationem à definitiva recuperari nequeat, <i>Ord. p. 2. tit. 28. §. fin. §. tit. 29. §. 2. Gail. 1. Obs. 130. num. 6.</i></p>
Solemnem, quando certis quibusdam solennibus adhibitis causa ad superiorem deferretur, Et hoc fit vel per modum Appellationis	<p>Formalia, sunt quaedam solennitates, quae observantur vel in</p> <p>Solemnis modo à sententia appellandi, Ut scil.</p> <p>1. Appellatur</p> <p>2. Instrumentum appellationis non in papyro, sed in membrana scriptum sit; eique insertus 1. Annus. 2. dies appellationis. 3. dies latae sententiae ejusque obtenta notitia. 4. Judex seu iudicium à quo. 5. Judex seu iudicium ad quod. 6. nomen appellantis. 7. nomen appellati. 8. tenor sententiae à qua. 9. Scheda appellationis, cum die & consule itemque subscriptione appellantis. 10. gravamina ad marginem indicis instar sint notata, & 11. testes itidem ad marginem sint expressi. <i>Rod. libr. 1. tit. 23. §. 23. §. seqq. §. lib. 3. tit. 2. p. 475. §. tit. 21. §. 16.</i></p> <p>3. Appellans juxta privilegium loci à quo certam pecuniae summam deponat, vel juramentum calumniae de non frivole appellando praestet. <i>Ord. p. 2. t. 29. §. 2. Rec. 1654. §. Zumahlen. 112.</i> Hoc juramentum</p>	<p>1. Principales appellantes, quotquot horum sint.</p> <p>2. Advocati, scil. <i>Die zur Appellation gerathen und darin patrocintret haben.</i></p> <p>3. Advocati in defensione causae substituti, <i>Rod. lib. 1. tit. 26. p. 339.</i></p> <p>Judicio à quo, si appellantes</p> <p>Admittuntur, in persona. <i>Rec. 1654. §. Auch zum III.</i></p> <p>Id praestet vel per Procuratores; si Comites vel Barones sint. <i>d. §. Auch zum. III.</i></p> <p>Non admittuntur, tum documentum factae oblationis petant, si & hoc recusatur, instrumentum factae oblationis per Notarium & testes in Camera producant, cum petitione ut ibi admittantur. <i>Rod. d. l.</i></p> <p>Camera, per Procuratores (raido in persona) in primo termino in producentes adjurandum speciale mandatum; idque sub poena, si negligens sit principalis, desertionis. <i>d. Rec. §. Zumahlen. 112.</i> Si vero Advocatus, unius marcae auri. <i>Com. Decret. 1657. 28. januar. §. Damit auch. 7.</i></p>
Appellationum fatalibus, quae sunt certa temporum spacia appellationibus constituta; suntque vel appellationis	<p>Appellationum fatalibus, quae sunt certa temporum spacia appellationibus constituta; suntque vel appellationis</p> <p>1. Interponenda, quod fatale est decendum praesens observandum, <i>Ord. tit. 29. p. 2. §. 1.</i></p> <p>2. Introducenda, quod <i>Hominis</i>, cum Judex à quo, appellanti certum terminum ad est spacium aliquot mensium, quorum singuli 30 diebus constant. <i>Ord. p. 2. t. 30.</i> Et hoc fatale est vel</p> <p>3. Prosequenda seu finienda, quod fatale de jure communi annus est, & ex legitima causa biennium; quod tamen ob multitudinem causarum in Camera non observatur.</p>	<p>introducendam appellationem praescribit, is enim si negligitur, pro deserta habetur. <i>Ord. p. 2. t. 30. in pr. Myns. cent. 3. Obs. 15. n. 13. §. Obs. 2. n. 2. §. cent. 6. Obs. 12. Legis</i>, quod est sex mensium, in <i>Ord. p. 2. t. 8. §. Würde aber.</i> constitutum, & per <i>no. diff. Rec. 1654. §. So dann. 61.</i> confirmatum; ita tamen ut intra quatuor priores menses parti adversae Processus insinuentur, duo vero reliqui comparationi & productioni adferentur sub poena desertionis. <i>d. §.</i></p> <p>Si ad Cameram appellare prohibeantur non habentes legitimam appellandi causam: Quando sc. appellatio est frivola & frustratiora, cujus poena hodie est viginti marcarum auri, aut corporis afflictiva pro arbitrio Judicis, <i>Rec. 1654. §. Und nach dem. 114.</i></p>
Simplicem, quando causa ab inferiore Judice omittis appellationis solennibus ad Cameram deferretur: Haec est	<p>Personarum, nimirum</p> <p>1. Si appellandi beneficiè renunciant, <i>Ord. p. 2. t. 28. §. Und die well. 1.</i></p> <p>2. Si Judicis inferioris privilegio prohibeantur, <i>d. Ord.</i></p> <p>3. Si ad Cameram appellare prohibeantur non habentes legitimam appellandi causam: Quando sc. appellatio est frivola & frustratiora, cujus poena hodie est viginti marcarum auri, aut corporis afflictiva pro arbitrio Judicis, <i>Rec. 1654. §. Und nach dem. 114.</i></p>	<p>1. Criminales, <i>Ord. p. 2. t. 78. §. 4. Myns. cent. 4. Obs. 41. Gail. 2. Obs. 1. n. 27. §. 28.</i></p> <p>2. Possessorii momentanei, <i>Myns. cent. 6. Obs. 13. Gail. 1. Obs. 7. n. fin. §. Obs. 147.</i></p> <p>3. Matrimoniales, <i>Memor. Imp. Spira. 1570. §. Wann auch. Gail. 1. Obs. 112. n. fin.</i></p> <p>1. Querela nullitatis principaliter intentata. <i>Gail. 1. Obs. 127. FV urms. tit. 24. de ap.</i></p> <p>2. Petitio restitutionis in integrum. <i>Vid. Tab. ult.</i></p> <p>3. Reductio ad arbitrium boni viri, de qua <i>Vid. Schö. O. 25. n. 58. §. 59. Gail. 1. O. 149. n. 2.</i></p>

An Consuetudo vel Statuta de non appellando valeant?

Resp. Statuta, de non appellando ad superiorem, non valere, quia defensionem auferunt; Et Camera non obstantibus hujusmodi statutis, appellationem recipit; ut multis rationibus decisum in causa **Planus** contra **Hagedorn** & in causa **Anne Siglers** contra **Glaubigers** & **Würgburg** pro interesse. *Magenh. ad Ord. Cam. p. 2. tit. 28. p. m. 268. Gail. l. Obs. 135. n. 11. Myns. cent. 1. obs. 14.*

An pactum de non appellando valeat?

Resp. Valere, diversitatis ratio est, quia statutum directè disponit aduersus jus superioris: pactum verò directè non tangit jus superioris, sed paciscentes abdicant à se, quod est in eorum facultate. *Myns. d. Obs. in fin.*

An is, qui voluntariè tantummodo renunciat sue appellationi, eà renunciatione non obstante, possit deinde ad Camera supplicare, & sic per modum supplicationis causam in Iudicium Camerae introducere?

Resp. Hoc utique jure fieri posse, si modò intra decem dies supplicetur ad Camerae debito tempore. Ita factum in causa **Janus Tranchscherer** contra **Ernestum Marchionem Badensem** testatur, *Magenh. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. p. 267.*

An is, qui juri supplicandi fortè in compromisso renunciat, ratione nullitatis Citationem in Camera impetrare possit?

Resp. Posse; Ita factum in causa **Münster** contra **Lorring.** Imò si pœna exsoluatur, & in Camera deponatur, tamen appellari potest. *Magenh. d. l. p. 268.*

An verè contumax appellare possit?

Dist. Aut quis contumax est in non veniendo; aut in non agendo. Si in non veniendo appellare non potest, quia Jurisdictionem Iudicis omninò contemnit. Si in non agendo appellare potest: quia diffidere quidem videtur juri suo, non tamen renunciare. *Gail. l. Obs. 132. n. 7. Sch&van. Obs. 175. n. 4. & seqq. Hartm. tit. 19. Obs. 26.*

Quid juris, si summa non sit appellabilis, & tamen altera pars gravamen sibi illatum queratur?

Resp. Hoc casu parti succumbenti ad Principem supplicare & Revisionem Actorum tentare licere, vel transmissionem Actorum ad Universitatem aliquam, aut ad aliud Collegium Juridicum rogare posse; Nisi Statuum Privilegia, Statuta & Ordinationes judiciales aliud inferant. *Quod approbatur in Deput. Rec. 1600. §. 5. & soll aber den Unterthanen 17. & Noviss. Rec. 1654. §. 5. Doch mit diesem Zusatz. 107. confirmatum est. add. Denys. in jur. Cam. tit. 27. §. 14.*

Quid juris, si Elector vel Princeps Imperii privilegio de plantè non appellando gaudeat, leuterationem tamen vel Oberleuterationem suis subditis concedere nolit?

Resp. Hoc casu mandata de concedenda Leuteratione sine clau-tula in Camera impetrari posse, uti factum in causa **H. N. contra S. VV.** testatur *Roding. augment. lib. 1. tit. 20. pag. m. 269.*

An interesse & pensiones pro facienda summa appellabilis, cum forte computari possint?

Resp. Interesse & pensiones juxta Constitutiones Imperii certas, jam dum cessas & per sententiam expressè adjudicatas, cum forte pro facienda summa appellabili cumulari posse. *Sic in causa Mengers contra Bogische Erben* appellationis, in qua capitalis erat 300. Imperialium, cum pensionibus verò summa sexcentorum Imperialium, summa appellabilis in Camera judicata & acceptata est, *1657. 2. Maji & 6. Julii. Vid. Gail. l. Obs. 123. n. 3. & Myns. cent. 5. Obs. 83. n. 4. & seq.*

An is, qui à sententia appellat, deindeque in Camera Appellatio pronunciat, deserta vel non acceptatur, etiam hoc casu citationem super nullitate impetrare possit?

Resp. Non solum citationem impetrare, sed etiam illud efficere posse, ut executio eousque impediatur, donec super nullitate pronunciatum sit. Quia appellatio & nullitas diversa sunt juris remedia: Idèoque uno sublato, aliud adhuc superest. *Et inter cetera, X.*

de Re judic. Gail. l. Obs. 135. n. 4. & seqq. Sch&van. Obs. 177. Ita decisum in causa Fucker contra Fabri. Magenb. ad Ord. p. 3. tit. 34. p. m. 453.

An à sententia perpetui silentii appellari possit?

Aff. Quia alias, si non appelletur, sententia transit in rem judicatum, per *l. cum Titia. 18. ff. de Accusat. Gail. l. Obs. 132. n. 1. & 7. Sch&van. Obs. 175. n. 25.*

An Appellatio in Camera recipiatur, si ex Instrumento Appellationis deprehendatur, non appellatum esse in specie ad Camerae, sed ad Cesaree?

Aff. Quia Camera nihil aliud est, quàm tribunal ipsius Cesaris, & quod Camera cognoscit, ipse Cesar cognoscit; Cum ipsius nomine omnes Processus tam simplicis querelæ, quàm Appellationis exeat. *Roding. augment. lib. 1. tit. 20. §. 3. in add.*

An fatale interponende Appellationis incipiat à die late sententia, an verò à die scientia?

Dist. Aut Dominus litis in priori instantia Procuratorem apud Acta habuit, aut non. Priori casu fatale incipit à die late sententiæ; posteriori verò à die scientiæ; ut scil. appellans sciat, sententiam contra se esse laram.

An Procuratoris negligentia, si is fortè appellationem omiserit, Domino nocere debeat?

Aff. Quia tunc sententia lata vim rei judicatz fortitur; Nisi Procurator dolo quid prætermiserit. Tunc enim ipso jure Domino jus suum salvum est. *l. 7. ff. de dolo. Hartm. tit. 19. Obs. 3. n. 3. & 4. Sed quomodo Domino succurrendum?*

Resp. Aut Procurator solvendo est, aut non: Priori casu datur Domino contra negligentem Procuratorem Actio mandati ad damnum & interesse. *Gail. l. Obs. 45. n. 4. & 5. Posteriori verò Restitutio in integrum. Sch&van. Obs. 177. Hartm. d. l. n. 4.*

Si isti sex menses appellationis introducenda fixe elapsi, ita ut amplius propagari nequeant, quia non erit nullæ sumæ qualitates; Quid faciendum?

Resp. Hoc casu appellantem, si modo in Consilio per supplicationem iustas causas adduxerit, quòd adhuc longiori tempore opus habeat, petere posse citationem contra aduersarium ad videndum ex dictis causis se restitui, & ex ratione. *X. de Appell. Ita factum in causa Zurd contra Moniales in Zomerem. Magenb. ad Ord. p. 2. tit. 30. p. m. 307.*

An Appellatio, si intra præscriptum tempus introducenda Citatio non reproducatur, sed Acta tantum exhibeantur, deserta censeatur?

Appellationem non desertam censei, sed acceptatam esse in Iudicio Camerae in causa **Halle** contra **Glinden** testatur. *Magenhorst. d. l. p. 305.*

An Appellatio, unà vel alterà tantum die circumacta, post terminum introducta, pro deserta sit habenda?

Resp. Summo jure pro deserta habetur; sed ex æquitate ejusmodi causæ in Camera acceptantur; modò appellans aliquam causam prætereendere vel in principali causa bono jure uti possit. *Vid. Magenhorst. d. l.*

An tempus appellationis introducenda pauperibus currat?

Neg. Quia pauperum Acta prius in Camera perleguntur, quàm Citatio decernitur, igitur impossibile plerumque quod juxta ordinationem reproduci possunt processus. *Ita in causa Preussen contra Capitel Arßberd factum. Magenb. d. l. p. 310.*

An tempus introducende App. durante compromisso vel amicabile concordia, appellari sit deducendum vel numerandum?

Neg. *Magenh. d. l. p. 305.* & ita factum in causa **Wüstein** contra **Engelbrechtin**. Et tunc injungitur appellanti probatio; sic in causa **Güntersberg** contra **Hans von Sandel** factum.

TABULA V.

Absoluta parte Processus Cameralis communi; sequitur pars propria, qua circa ipsum Processum sive formam & ordinem procedendi versatur.

Descriptio, Audientia est actus publicus, quo Procuratores jurati litigantium desideria proponentes & producta exhibentes, audiuntur. Vocatur locus Judicii die Audiens Stuben; ad differentiam loci Consilii die Raststube; in quo Judex, Praesides & Assesores horis matutinis congregati ad preces seu supplicas, divisim inter se Senatibus, Decreta concipiunt, relationes causarum auscultant & examinant, sententias formant, & de causis Collegii quandoque in pleno, hoc est, in concessu omnium, quandoque per Deputatos deliberant: Omni accessu Advocatis & Procuratoribus vel qui causis litigantium inserviunt, denegatio. Schövan. Proc. Cam. lib. 1, cap. 24, 2.

Processus Cameralis est vel Audientiarum, qui in Audientis Judicialibus observandus est. & proponitur hic Audientia

Tam a parte Iudicis. Nam Solennem seu ordinariam, quae ritu solenni celebratur. Quam a parte litigatorum, ubi Ordo observatur. Minus solennem seu extraordinariam, quae judiciali audientia finita hodie coram uno Assessore, qui Judici in eadem Audientia assedit, absque sceptro ad mensam Notariorum stante peragitur. Vocatur vulgo Audientia coram Deputatis vel Deputato: Quia olim Judex duos deputabat, qui Procuratores in certis quibusdam punctis procedentes audiebant. Vid. Rod. lib. 2, tit. 10, p. m. 448. & seqq.

Inter personas litigantes. Uti sunt. In rebus pro tribunali agendis. Non enim Procuratoribus in quovis rerum & causarum genere agere semper & pro lubitu concessum est, sed iis certi Ordines & quidem primitus sex ordinatione part. 3, r. 9. § 11. praescripti erant: Postea per Com. Decr. 1655. 30. Octobr. quinq. que constituti. Sed hodie per Com. Decr. 1659. 13. Decembr. novissima mutatio facta, & quatuor tantum in usu sunt.

- Judex & Assesores e Senatu secundum ordinem & Statuum, quos singuli representant dignitatem, Judice praecedente ad locum Judicarium se conferunt, suumque singuli locum occupant.
 - Judex ejusve vicarius primo & summo loco in tribunali Imperiali, quod loco non nihil editiore sub aulæ serico rubro positum est, confidet; dextrâ sceptrum judiciale (quod ipsi Pedellus præviâ reverentiâ tradit) jurisdictionis & justitiæ administrandæ symbolum tenens. Rod. lib. 2, tit. 2, p. 2. Schövan. 1, Proc. Cam. 24, num. 9.
 - Judici Assesores aliquot ab utroque latere assident. Sed hodie Audientia, ne per eas Assesores numero perquam pauci abstrahantur ab expeditionibus causarum, vel Praeside & uno Assessorum praesentibus, vel uno Assessore tantum, qui Praesidis loco est, praesente celebrantur Rec. Imp. 1654. §. Die Unterscheidung. 82. Vers. Nach dem es aber. add. Com. Decret. 1660. 19. Januar.
 - Judex, Praesides, Assesores omnes, item Advocati & Procuratores, publicationi sententiarum, quas Protonotarius ex libro altâ voce prælegit, praesto esse debent. Rod. d. l. §. 4.
 - Protonotarii & Notarii cum Lectore ad mensam in medio ferè Judicii collocatam confident, ut ea, quae Judici & Assessori litigatorum nomine vivâ voce proponuntur, quos vulgò Recessus appellant, tum Scriptis consignata in Judicio producantur, annoent atque excipiant. Rod. d. l. §. 6.
 - Pedellus scripta excipit, lectorique ut diem, mensam & annum exhibitionis assignet, tradit. Scripta in duplo producantur, unum ad Acta registratur, alterum parti adversæ exhibetur. Schövan. d. l. num. 16. & 17.
- Advocati solum, qui domi res suas agunt, & raro Audientias frequentant; nisi publicationi sententiarum praesto esse velint.
- Advocati & Procuratores simul, hi enim, dum Audientia celebrantur, tribunal Imperii, eo ordine, quo in Camera recepti sunt, circumstare vel circumfedere, & principalium litigatorum nomine agere debent; Ita tamen ut in Audientis procedendo alii aliis non praecurrant, sed ordinem accuratè observent; Nisi quis adversario ordine & suo loco agenti respondere cogatur. Ord. p. 2, t. 4, §. Und soll sonst. Rec. 1654. §. Also auch. 85. add. Com. Decret. 30. Octobr. 1655.
- Ordo sententiarum, in quo super sententiis publicatis agitur. Ord. p. 2, r. 6, pr. qui statim primâ Audientia post publicationem sententiarum a seniore Procuratorum inchoatur, & in eo continuant reliqui omnes, quamdiu ad latas sententias quid agendum ipsis restat. Schövan. 1, Proc. Cam. cap. 34.
 - Ordo Reproductionis, in quo omnes processus noviter e Camera extra-vel judicialiter extracti & Reo insinuati in primo termino reproducuntur, parti etiam adversæ comparendi & respondendi facultate concessâ. Rec. 1654. §. Edannu. 36. & seq. Com. Decret. 1655. 30. Octobr. §. 2. Quamvis in dicto primo termino mandata procuratoria, Acta priora, Instrumenta aliave documenta, antea in Cancellaria non exhibita, judicialiter exhibenda sint; tamen illa propriè produci, non reproduci dicuntur.
 - Ordo Novorum, in quo causae novae, & quae ad eas pertinent, tractantur, & producuntur.
 - Ordo terminorum, in quo toties agendum, quoties certus terminus praefixus est, vel per ipsos litigatores (& collectus) vel per ordinationis legem (& legalis) vel per sententiam Judicis (& praefixus dicitur.) In hoc ordine insuper producenda sunt procuratoria post praestitam cautionem. Com. Decret. de anno 1659. §. 1. l. B. in pr. ratio, quia cautionem praestans semper simul terminum colligit, add. d. Com. Decret. §. 4. l. 1. & Rec. Imp. 1654. §. Were es dann. 32.
- Supplicationes in causis pendentibus pro citationibus, inhibitionibus, mandato attentatorum revocatorio aliisque processibus. Ord. p. 3, tit. 35. in pr.
 - Acta prioris instantiae, si in primo termino produci non poterunt.
 - Designationes expensarum & exceptiones contra easdem. Deput. Rec. 1600. §. Diweil in puncto. 136.
 - Supplicationes extrajudicialiter exhibitae ad iudicium remissae.
 - Supplicationes pro confirmandis contractibus transactionibusve.
 - Supplicationes, quibus indicatur in causa pendente periculum in mora, aut armorum metum subesse. Visir. Rec. 1561. §. Berner auf den fürbrachten.
 - Omnes exceptiones dilatoriae, declinatoriae, non devolutionis, desertionis & similes. Decret. Cam. 1593. 15. Decembr. Quid praeferat in hoc Ord. Nov. observandum, Vid. Schövan. 1, Proc. Cam. cap. 35. per tot. Rod. lib. 2, t. 6. per tot. & Com. Decret. de Anno 1659. 13. Decembr. §. 6.
- Antemeridiana, quae celebrantur hodie diebus Lunae, Mercurii & Veneris d. Com. Decr. à prima usque ad horam tertiam.
- Pomeridiana, quae Interimittuntur.
- Si funus Domini Judicis, Praesidis, Assessoris, aut Senioris Camerae Advocati aut Procuratoris sit deducendum.
 - Si nuptiae membri cujusdam Camerae Illustrioris celebrentur.
 - Propter ferias, quae juxta utrumque Calendarium Julianum & Gregorianum celebrantur. add. d. Com. Decret. l. 2.
- Causarum, qui in causis peragendis observandus est. Tab. seqq.

Quando Audientia sive supremum hoc iudicium institutum?

Judicium hoc Camera Imperialis a Divo Maximiliano I. tunc temporis Rege Romanorum communi Statuum consensu Anno 1495...

Quando prima Audientia habita.

Prima Audientia Judicialis celebrata est Francofurti ad Mœnum in Urbe Imperiali libera Anno 1495...

An Judici Camera ejusve vicario, an vero Imperatori supplicationes inscribi debeant?

Quamvis processus decreti Cæsareæ Majestatis nomine, titulo atque sigillo Cæsareo emittantur...

An legitimatus ad Assessoratus dignitatem evehi possit?

Neg. Magenh. ad Ord. Cam. p. 11. 30. p. m. 6. Quia legitimatio, juxta doctrinam Bald. in cap. 1. colum. 5. de Constit. & in c. fin. de translat. Episcop. est similis Alchimia...

An Assessor ab officio Assessoratus ex causis legitimis removeri possit?

Aff. Ita decretum contra D. Heintzel Anno 1585. 2. Jun. & Hartlieb. per Dnn. Commissarios & visitatores, Quod ita se habet. Demnach die Röm. Kayserl. Maj. unser Allergnädigster Herr...

Quomodo Salarium Cameralium hodie adauctum sit. vid. Rec. Imp. de Anno 1654. §. Diweil anch. Juxta illum enim Recessum penduntur.

Table with 2 columns: Position and Salary. Includes Dno. Judici (4400), Dno. Præsidi (1371), Assessori (1000), Fiscali (1000), Advocato Fisci (571 1/2), Medico Camera (285), Cancellariæ Præsecto ut nuncium Deputato (152 1/2), Quaestori (344), Lectori (45), Pedello (90), Nuncio Equestri (32 1/2).

Quanam sint Cause, que coram Deputato sint tractanda?

Cause, que coram Deputato tractantur hæc potissimum sunt. (1) Peruntur Prorogationes, Rec. Imp. 1645. §. Vere es dann. 32. (2) Nominantur Commissarii, contra illos excipitur ac replicatur...

An feriarum impedimentum, si terminus fatalis in ferias incidat, & post eas fatale lapsum fuerit, reproductionem Processuum obstat?

Resp. Non obstat nec desertionem operari, modò citatio finitis feriis ab Appellante reproducatur & procedatur. Rec. 1570. §. Ob wohl anch. 32. Gail. 1. 0. 140. n. 4. §. 6. Denais injur. Cam. Verb. Appellationis introductio. §. 8.

TABULA VI.

Processus causarum, qui in causis peragendis observandus est, partes sunt preparatio & prosecutio.

<p>Preparatio est, quæ Processui causarum, ut facilius expediat, via seruitur, & constat Processum emanatione, qui Imperatoris nomine, titulo atque sigillo emittuntur. Et hic in</p>	<p>Genere proponitur</p>	<p>Modus impetrandi Processus, qui</p>	<p>1. Est vel</p>	<p>Extrajudicialis, quando Procurator, vel ipse Principalis si praesens est, ad supplicam quam Notarius in Cancellaria restringendam, & postmodum ad Senatum deferendam exhibet, per decretum extrajudiciale Processus decerni rogat, & finito Senatu ad horam decimam in Cancellaria responsum expectat. Hic modus in Camera omnium frequentissimus est, nec Procurator ad judicialem facile deflectit, nisi per decretum eo remissus fuerit; Et in hoc narratis supplicationum juxta no. 8. Recept. 1654. §. Alle Supplicanten. 73, per adjuncta verisimiliter probatis creditur. Rod. lib. 3. tit. 2. §. 2. in add.</p>
	<p>2. Fit per supplicationes, in quibus considerandū, tum quomodo</p>	<p>Formandae, & operanda est, ut</p>	<p>1. Juricomuni & Constitutionibus Imperii conformentur. Memor. 8. tit. Anno 1550. §. Fürter nach dem. 12.</p> <p>2. Ordine & concinnè concipiantur. Memor. 8. tit. eod.</p> <p>3. Communes Orationum partes observentur</p>	<p>Exordium, quod honorificam Judicis compellationem, officium atque titulum, partium litigantium nomina continet. Rod. lib. 3. r. 20. §. 8.</p> <p>Propositio, quæ controversiæ summariam decisionem ex jure communi, vel aliqua Imperii Constitutione speciali, & interdum ex utroque, paucis definit, & actionis, quam Actor intendit, summam & quasi fundamentum ponit. {Simplicis querela circumstantias & qualitates facit, ex quo controversia nata est.</p> <p>Narratio, quæ commemorat in causis</p> <p>Appellatio, quæ appellatorem, querelam de gravamine quopiam, vel de legitima Processus ratione non observata, vel de utroque conjunctim.</p> <p>Conclusio, quæ concluditur petitio-nem Processuum, qui clausulam salutarem annexam habent.</p>
<p>Requisita in Processibus decernendis observanda. Ubi</p>	<p>Specie Processus decernuntur vel</p>	<p>Inter partes litigantes, seu parti contra partem. Et sunt vel</p>	<p>Multarum causarum communes. Ut sunt</p>	<p>1. Judex narratis supplicationem nicitur & partis periculo Processus decernit, quotiescunque Jurisdictio Camerae in dubium vocari potest. Gail. 1. Obs. 31. num. 1. & Obs. 119. n. 6. & 7. Sed hodiè hoc mutatum; quia supplicantes narratorum aliqualem probationem afferre debent. Recept. Imp. 1570. §. Alle Supplicanten. 73.</p>
				<p>2. Judex atque Assessores narrata libellorum diligenter ponderare debent, ne contra Imperii Constitutiones vel jus commune Processus decernant. Rec. Imp. 1570. §. Damit aber alle. 78. & seq.</p> <p>3. Judex, si propter defectum libelli Processum decernere non possit, & supplicanti facilè sit defectum illum reparare, per decretum libello supplici inscriptum significet, Processum postulatū secundum narrata sive petita denegatum esse. Rec. Imp. 1570. §. Und aus sondern. 81.</p> <p>4. Judex subditis aut civibus contra proprium Magistratum Processum, nisi praemissis literis informatoriis, vulgò Berichtschreiben, decernere non debet. Rec. Imp. 1654. §. Benebens sollen. 99. Rod. lib. 3. r. 19.</p> <p>5. Processibus inferenda est causa vel factum sive negotium super quo Processus sunt postulati, ut is, contra quem emanant, instructus veniat. Ord. p. 3. tit. 12. §. Und sollen. 2. Myns. cent. 5. Obs. 85. Gail. 1. Obs. 51.</p> <p>6. In Processibus nomina & cognomina eorum ad quos decernuntur, assignentur; Quod tamen in Processibus ad Civitates, Collegia vel Universitates &c. necesse non est; Sed sufficit Consulem Civitatis vel Collegium in genere nominare. Rec. 1566. §. Da dann ein Procurator. 102. Myns. cent. 2. Obs. 66. Gail. 1. Obs. 50.</p>
<p>Parti ad tertium</p>	<p>Terminorum procedendi praefixione</p>	<p>Yntra causa proprii. Suntq; vel</p>	<p>Edicta, quibus Judex aliquid edicit. Hæc sunt vel</p>	<p>1. Citationes, quarum requisita sunt vel</p> <p>Intrinsicca, ubi requiritur</p> <p>Extrinsicca, hoc requisitum</p> <p>constitit in officio nunciorum circa insinuationem Processuum.</p> <p>1. Nomen Judicis citantis. Ut citatus</p> <p>2. Nomen & cognomen citati.</p> <p>3. Nomen & cognomen citantis. Gail. ibid.</p> <p>4. Citationis causæ, Gail. ibid. quæ desumuntur ex libello supplicis citantis.</p> <p>5. Locus judicii. Et 6. dies atque terminus citationis. Gail. ibid. & Obs. 53. n. 1. & seqq.</p> <p>Cum clausula, quæ annexam habent clausulam, ut vulgò appellant, Justificatoriam; Cujus formula hæc est, ut Reus mandato pareat, rem ablatam restituendo, captivum relaxando, Actorem non turbando, vel in termino constituto compareat ad allegandum causas, quamobrem mandato parere non teneatur, Ord. part. 2. tit. 23. in princ. Gail. 2. Obs. 19. num. 2.</p> <p>Sine clausula, quibus Judex Reo partitionem è vestigio præstandam præcisè imperat, & quibus sine exceptione parendum est, Rod. lib. 3. tit. 6. pr. solvat aut præstet, Rod. lib. 3. tit. 7. in princ.</p>
				<p>1. Mandata de non offendendo, quibus Camera Imp. Reo, qui vim publicam alteri minatur & inferre in animo habet, sub pœna banni vel privationis S. C. mandat, ut à proposito violento desistat, & jure potius, quam violentia jus suum persequatur, Ord. p. 2. tit. 9. §. 2. Gail. de P. P. 1. 2. 3.</p> <p>2. Mandata advocatoria, quibus Camera S. C. sub pœna banni & amissionis omnium privilegiorum mandat arma & seditionem in Imperio moventibus, ut militem collectum dimittant. Ord. ibid.</p> <p>3. Mandata auxiliatoria, quibus Camera Statui imperat, ut alteri Statui vicino, vim publicam metuenti & sustinenti auxilium ferat, Ord. ibid. §. Wo aber. Vers. dergleichen.</p> <p>Processus inhibitiones appellantur, quibus Camera alterutri vel utrivis parti immediatè Imperio subjectæ imperat, ut à possessione absteineant tantisper, donec Judex de possessionis controversia & jure cognoscat, Ord. p. 2. tit. 21. in pr.</p> <p>Operis novi nunciatorum, ejusmodi mandata sunt vel</p> <p>Prohibitoria seu inhibitoria, & decernuntur vel contra</p> <p>Edificatorem, quibus in ædificatione novi operis cœpti, sed nondum perfecti pergere ædificans prohibetur. Gail. 1. Obs. 16. num. 1.</p> <p>Demolitoria, quibus novi operis absque remissione nunciatorum ædificanti demolitio imperatur, Gail. 1. Obs. n. 23. quæ etiam vulgò restitutoria appellantur.</p>

An ad fundandam jurisdictionem Camera & obtinendos Processus narratis supplicantis sit standum; vel an sufficiat qualitatem jurisdictionem fundantem allegare?

Mynf. cent. 2. Obs. 9. in utramque partem disputat, & tandem n. 8. concludit, sufficere ad obrinendos Processus & fundandam Jurisdictionem, quod quis narret qualitatem, quæ jurisdictionem Camerae tribuat, licet illa ab adversario negetur, dummodo de falsitate non evidenter constet: Et ita judicatum in causa Senatus Oppidi Bibracens. contra D. Ioan. Schad 7. Maij, Anno 1543. add. Gail. 1. O. 2. n. 2. & O. 31. n. 1. & seqq. Sch&van. 1. Process. Cam. 1. n. 22. Sed hoc hodiè per noviss. Imperii Recessum. 1654. §. *Ubi supplicantes*, & §. und nach dem allen. 114. mutatum deprehenditur; quia Processus non decernuntur, nisi narratorum aliqualis probatio afferatur. add. Fabric. Repetit. Gail. Obs. 31. Sect. 1.

An Cumulatio sortis & censuum ad fundandam Jurisdictionem Camera admitatur?

Aff. Magenh. ad Ord. p. 2. t. 28. §. und sonderlich sehen. p. m. 288. per l. si idem cum eodem. 11. ff. de Jurisdic. Et ita judicatum in Camera sæpius. add. Gail. Gail. 2. Obs. 123. n. 3. & Mynf. cent. 5. Obs. 83. n. 4. & seq.

Quid faciendum si Processus secundum narrata vel petita denegentur?

Resp. Denuò supplicandum juxta Rec. Imp. 1562. art. 24. ubi hac habentur: Als auch auf die Supplication/darinnen umb citation und mandata angelanget / vtelmahl kein Process von wegen Unformligkeit oder Ungeschicklichkeit erkandt / und doch geschicklicher supplicirt, dieselbe erkandt werden möchten / und also die Parteyen ob imperitiam vel negligentiam Advocatorum Rechtlos stehen müssen/so sollen Cammerichter jedesmahls/ wann sie auf solche Supplicationen Process noch erkennen mögen / danneroch die abschlägige decreta dermassen begreifen/ damit der Supplicant woran der Mangel / etwas abnehme und verstehen möge. etc. juxta styllum hodiernum; wie gebeten / abgeschlagen / quod innuit defectum in conclusione & petito; item, auf vorbrachte narrata abgeschlagen / quod innuit vitium esse in narratis, vel quod requisitum quoddam Constitutionis, ex qua supplicatur omissum fuerit; Item, Auf vorbrachtes instrumentum, auf vorbrachtes vidimus, auf vorbrachte caution, & quæ sunt similia, abgeschlagen. Rod. lib. 3. tit. 2. §. 7. in addit.

Quid in decernendis Processibus causarum Appellationis observandum?

In decernenda citatione in causis Appellationis diligenter examinanda sunt & materialia & formalia Appellationum; de quibus Roding. augment. lib. 3. tit. 2. §. 9. in addit. p. m. 471. & seqq. Gail. 1. Obs. 119. n. 1. & 8. Tennagel. de decer. Process. class. 4. cap. 1. per tot. p. m. 181.

An litera, que Magistratibus scribuntur, umb Bericht/ expensis fieri debeant partis, que non requirit; an verò Magistratus?

Resp. Magenh. ad Ord. p. 2. tit. 24. p. m. 238. Supplicantes expensas transmittendi, & Magistratum Bericht scribere suis expensis facere.

An citatio invalida per comparitionem convalidetur?

Aff. per l. 1. §. sed si. 1. ff. de fertis & dilat. Quia citationis effectus est comparitio: & ideò sufficit eum comparuisse, nec ei prod-est, si allegat se illegitimè citatum. Ita conclusum in pleno consilio. 17. April. 1550. & postea sic judicatum in causa Rosen/ contra Uningshofen 21 Octobr. 1554. testatur Mynsing. cent. 2. Obs. 18. & Gail. 1. Obs. 48. n. 4. & Obs. 58. n. 2.

An falsa demonstratio vitiet citationem?

Resp. Vtiare per l. Duo sunt. Titii. 30. ff. de testament. int. Si autem compareat is, qui non erat citandus; tunc taliter citato sum- tus litis & damna citans refundere tenetur, per l. eum quem temere. 79. ff. de judic. & §. 1. vers. Hac autem omnia. Inst. de pen. tem. li- 219. Gail. 1. Obs. 49. n. 2. & Obs. seq. n. 2. Mynf. cent. 5. Obs. 5.

An hodiè, ut Rec. Imp. 1654. §. diesem nechst. 28. cautum, ad- huc requiratur, ut copia citatis insinuanda à Protonota- riis aut lectoribus vidimat e sint?

Neg. Sed Camera propter multitudinem causarum, 16. Februa- rij Anno 1655. rem ita temperavit, ut adjuncta eo modo ut exhibita sunt, nuncio Camerae unà cum copiis committantur; facultate partibus manente liberà copias cum originalibus in ipso insinua- tionis actu conferendi. Rod. augment. lib. 3. t. 21. p. m. 627.

An Citatione ad reassumendum hodiè in Camera opus sit?

Resp. In causis antiquis citatione ad reassumendum adhuc opus esse; In novis verò post Recessum de Anno 1654. §. *Damit anch.* 93. in Camera introductis ejusmodi citationes cessare: Quia vigore d. Rec. mandata procuratoria non tantum in personam clientis, sed & hæredum; item non tantum in Procuratorem ipsum, sed etiam casu quo decederet, in substitutum concipienda, & ad causas exhibenda sunt. Procurator cliente mortuo intra tres menses sub pœna arbitraria hæredes nominare tenetur; Si verò Procurator hære- dum nominationem nondum fecerit in personam Procuratoris sententiam publicare Judici liberum erit. At si accidat, ut vel pars ipsa vel Procurator moriantur, pars adversa adversus hæredes vel substitutum Procuratoris demortui Processum continuare debet. d. Rec.

An mandata sine clausula valeant?

Resp. Mandata sine clausula regulariter ipso jure non valere, quia ab executione non est inchoandum. l. si cum nulla. 58. ff. de re jud. l. 1. Cod. de execut. rei jud. l. nec quicquam. 9. §. ubi decretum. 1. ff. de Off. Procons. Quod tamen fallit in quibusdam casibus, de quibus vid. Gail. 1. Obs. 13. n. 3. & seq. & supr. tab. 3. ubi quatuor casus ratione fundandæ jurisdictionis Camerae quoad decernenda mandata sine clausula recensentur.

Quando mandata de non offendendo in Camera decernantur?

Resp. Mandata de non offendendo tum demum in Camera de- cernenda esse, quando justus armorum aut violentiæ metus subest. Justus autem metus dicitur, qui super Constitutione pacis publi- cæ fundatur. Gail. 1. de P. P. c. 2. n. 10. & cap. 5. n. 10.

An mandata de non offendendo subditis contra domi- num sint concedenda?

Resp. Regulariter non decernenda esse, quia præsumtio pro Ma- gistratu est, & pacem publicam non turbat, qui dominicæ potesta- tis jure utitur: Nisi gravissima subsuerit savicia, quæ nullâ pro- babili causâ excusari possit, aut minæ atrocissimæ, quæ transgres- sionem pacis publicæ adæquarent; tunc non solum decernuntur ejusmodi mandata, sed & Dominus ob nimiam crudelitatem con- tra subditos jurisdictione privari potest. Gail. 1. de P. P. num. 18. & num. 22.

Quando ad pœnam banni, mandato de non offendendo insertam agi possit?

Resp. Si post insinuatam mandatum vis publica inferatur; quia hic violentia, quæ sequitur mandatum, non quæ præcessit, confi- deratur. Gail. 1. de P. P. cap. 3. n. 3. & tunc rursus citatio super il- lo novo facto contra offendentem ad videndum se incidisse in pœ- nas mandati de non offendendo prius emanati, decerni debet. Gail. 1. Obs. 4. n. 3.

An hic certa pœna pecuniaria loco pœnae banni pro suppli- cantis arbitrio substitui possit?

Aff. Sic Fiscali & Rabenhaupt contra Hessen Darmstatt & Con- sortes 10. Decembris Anno 1653. mandatum pœnale de abducen- do milite & non amplius offendendo contra pacem publicam & e- jusdem instrumentum in Diœca Monasteriensi & Osnabrugensi erectum sub pœna 100. Marcarum auri puri fuit decretum.

Quando mandata prohibitoria seu inhibitoria decernantur?

2. Judex de qualitate facti edoctus informationem acceptam supplicanti communicat, & si probabiliter eam refutare queat citationem petitam, vel mandatum decernit, si minus, citatio negatur. *Gail. ibid.* Atque hæc extrajudicialiter in Senatu peraguntur.
3. Decreta citatio (ad videndum &c.) in Camerali Cancellaria per Protonotarios expeditur, & per Nuncios juratos insinuatur. Quo facto, Actor eam in termino, citationi inserto, per Procuratorem constitutum judicialiter reproducit, comparitionem citati percepturus. Reus sive citatus comparens cum protestatione solitâ, petit productorum copiam, ulteriora expectando. Actor comparitionem extra protestationem in jure acceptans, copias admittit, & vel libellum exhibet, & litis contestationem ab adversario requirit; vel producit *implorationem* nobilis officii Judicis pro faciendâ relaxatione juramenti ad effectum agendi. *Sch&van. lib. 2. Proc. Cam. cap. 21. num. 4. §. 5.*
4. Reus copiam & terminum trium, quatuorve mensium petit, intra quem deinde exceptiones suas contra implorationem offert. *(Obs. 23. n. 2.)*
5. Actor ad exceptiones, nullâ litis contestatione interveniente, per generalia vivâ voce plerumque concludit, *Gail. 1. Obs. 24. num. 4.*
6. Latâ sententiâ super relaxatione juramenti, opus est novâ citatione in causâ principali, ratione injuriæ vel damni dati. *Gail. 1. Obs. 24. num. 4.*

Causarum pignorationum, ubi duplex Processus { 1. *In puncto mandati seu partitionis, ubi*
1. Pignoratus (qui Actor dicitur in puncto partitionis) in termino præfixo comparet, & mandatum cum re- troscripta nunci executione per Procuratorem sufficienter legitimatum reproducit, & partitionem doceri vivâ voce petit. *Sch&van. 2. P. C. 18. num. 3.*
2. Pignorator seu citatus similiter comparet, & vel ———— { Mandato obtemperat; & tunc (præstita à pignorato cautione de re- presentando) partitionem docet vel instrumento publico, vel quietantia pignorati, mit des Gepfändeten ausgegebenen Quittung/aliove documento.
3. Pignoratus contra oppositas exceptiones, narrata mandati oraliter repetit, & quia non excipiendum, sed parendum, declarationem mandato insertæ urget cum refusione expensarum, damnorum & interesse, desuper submittendo, *Sch&van. d. l. num. 6.*
2. *In puncto citationis, ubi Pignorator si- ve citatus (qui Actor in hoc puncto citationis dicitur) in termino comparet*
4. Pignorans repetit suas exceptiones, quas asserit revelantes & similiter submittit. Quâ submissione factâ Judex, si exceptiones oppositas quodammodo revelantes deprehenderit, interloquitur. Ad ejusmodi interlocutionem, *in puncto mandati, seu partitionis latam*, pignoratus intra terminum *Replias* exhibet, pignorator *Duplicas*, & factâ utrinque conclusionem, relatisq; à Judice actis, *mandatum vel cassatur* cum expensis, vel *partito docenda*, per sententiâ decernitur & injungitur, *Sch&van. d. l. num. 7. Gail. 1. de pignorat. Obs. 13. num. 5. §. 6.*

Causarum L. diffamari. Ubi duplex Processus vel { *Diffamationis*, ubi Diffamatus tanquam Actor summariam petitionem exhibet, in quâ diffamationem deducit, petitq; diffamanti tanquam Reo, terminum ad probandum suam diffamationem hîc, aut in foro ordinario præfigi, vel in contumaciam non agentis ipsi perpetuum silentium dictari, *Gail. 1. Obs. 12. Myns. cent. 3. Obs. 78.*
Actionis, ubi legitimo juris ordine proceditur, non secus atque in causis simplicis querelæ.

Nullitatis, ubi nullitas & iniquitas in uno eodemq; libello alternative tamen deduci, vel citationis narrata loco libelli repeti debent; ita nimirum ut primò super nullitate, eò verò deficiente, super Processus & sententiæ iniquitate pronunciari petatur, Ord. p. 3. tit. 34. per tot. Myns. cent. 4. Obs. 63. in pr.

Reconventionis, Reconventio fieri debet aut ante litis contestationem; vel saltem ad proximam vel secundam Audientiam, quo utroque casu causa con- & reconventionis simultaneo processu expediri debet, Ord. p. 3. tit. 30. per tot. Myns. cent. 1. Obs. 10.

Contumacia. Ubi agit { 1. *De contumacia ipsa*, quæ accusanda est, alias nò nocet, *Estq; vel*
1. non agunt. Olim contumaces in non agendo, non nisi damnis & expensis refusus ad causam prosequendam admittebantur, *Ord. p. 3. tit. 41. in pr.* Sed hodiè, quia omnis terminus est præjudicialis, *juxta Rec. 1600. §. Demnach aber. 88.* contumaces ad agendû ea, quæ in termino neglexerunt, non admittuntur, sine prævia restitutione, etsi expensas termini refundere vellent.
2. *De Processu contumaciae*, qui instituitur *Absentium*, qui neque ipsi, neque per alium in Judicio comparent, *Ord. p. 3. tit. 42.*
vel adversus Actorem vel Appellantem, & Reum seu Appellatum.

An in causis factæ pacis pœna banni, in pœnam pecuniariam converti possit?

Aff. Scipio decis. Camer. 15. lib. 3. § Gail. 1. de P. P. cap. 16. n. 24. Quia ex Constitutione pacis publicæ Imp. Caroli V. Anno 1548. promulgata, ea potestas Judici & Assessoribus Camerae expressè conceditur, ut nimirum, ex iusta causa pœnam banni ordinariam, in pecuniariam convertere possint. add. Myns. cent. 2. Obs. 3. § Gail. 2. de P. P. cap. 9. n. 20.

An in causis fractæ pacis articuli Actoris, in contumaciam Rei non respondentis pro confessis acceptentur?

Resp. Quamvis articuli in causis civilibus post litis contestationem in contumaciam non respondentis pro confessis recipiantur: Hoc tamen non procedit in causis criminalibus, ut sunt in Camera causæ fractæ pacis, in quibus huiusmodi articuli non pro confessis acceptantur, sed in contumaciam non respondentis ad probandum admittuntur. Gail. 1. de P. P. cap. 15. n. 1. 2. § 3. Et lis pro contestatâ acceptatur & via producendi defensionales æquè in his ac aliis causis præcluditur; Ita pronuntiatum in causa Fiscalis und Habenb. contra H. D. 13. Decembr. Anno 1654. Verba Sententiæ: *Dann in puncto citationis ist der Krieg Rechtens vor befestiget an: und Gegentheil der Weg defensionales vorzubringen / hiermit benommen / sondern Kläger zu fernerer Handlung gelassen / und solches in contumaciam. Rod. augment. lib. 3. tit. 42.*

An in causis purgationis articuli in contumaciam non respondentis acceptentur?

Resp. In causis purgationis articuli pro confessis acceptantur. Ratio differentiæ est; quia in causis purgationis ficta probatio ad irrogandam pœnam banni in contumaciam sufficit; Deinde sententia banni purgationis non transit in rem iudicatam, sed interlocutoria est. At in causæ fractæ pacis non admittuntur probationes imaginariæ, sed evidentissimæ & luce meridianâ clariore requiruntur per testes omni exceptione majores; Item sententiæ transit in rem iudicatam & est definitiva. Gail. 1. de P. P. cap. 15. n. 32. § 2. de P. P. cap. 8. n. fin. Myns. Cent. 3. Obs. 52.

An procuratori fisci ad probandam suam intentionem Reus rationes & instrumenta edere teneatur?

Resp. Procuratorem fisci privilegiorum & instrumentorum editionem, non solum à tertiis, verum etiam ab ipsis Reus conventis, ad probandam suam intentionem contra alios, vel contra Reos conventos postulare posse, contra textum in l. qui accusare. 4. Cod. de edendo. § in. l. 1. § 2. ff. eod. Ipse autem fiscus contra se non tenetur sua instrumenta edere, per text. in l. in fraudem. §. neque ff. de jure fisci, ubi Gl. Ita observatum fuisse in causa exemptionis Ducum Holsatiæ, contra Citatatem Hamburgensem testatur VVurms. tit. 20. Obs. 1. n. 2. add. Gail. 1. Obs. 106. n. II.

An citatio partis sit necessaria, quando quis absolutionem petit à juramento ad effectum agendi?

Aff. Gail. 1. Obs. 22. n. 3. § 4. Quia absolutio vel relaxatio à juramento ad effectum agendi, causæ cognitionem requirit: sed causæ cognitio partis adversæ præsentiam, quæ per huiusmodi absolutionem lædi posset, exigit; Ergo citatione opus est, per l. de unoquoque. 47. ff. de re judic. § l. nam ita D. 39. ff. de Adopt. Sed Negat. verior videtur, quam tenet Myns. cent. 6. Obs. 84. Quia in huiusmodi relaxationis actu non agitur de ullo partis adversæ præjudicio vel periculo, sed omnia illi jura salva & illæsa remanendo ad defendendum à petitis per adversarium: & duntaxat obstaculum jurisjurandi tollitur, ut liberè jus suum deducere valeat. Quare si pars adversa potiora jura habeat, nihilominus obtinere poterit: Perinde enim tantum habetur, ac si juramentum non intervenisset.

An veniens contra juramentum defuncti sit perjurus?

Neg. Magenhorst. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 24. p. m. 237. Et sic non opus est ejusmodi relaxatione. Vid. ang. in l. generaliter. 12. Cod. de reb. credit.

De Processu causarum L. diffamari sciendum.

Quod actio probatâ diffamatione vel in Camera, si diffamatus jurisdictioni camerale in prima instantia subjectus sit, causæve qualitas ad Camera rectâ pertineat, intra expressum tempus sit proponenda & instituenda, si vero hoc amittat, jam ei silentium imponendum. vel in Foro diffamati ordinario, si de competentis, si diffamatus immediatè quidem Imperio subit, sed ad Camera in prima instantia trahi non possit propter austregas. Et tunc Camera Impetialis Judex quidem est atque manet, quoad præfixionem termini & impositionem perpetui silentii: Sed causam principalem ad Judicem Ordinarium remittit. Ita factum in causa Herrn N. Graffen zu N. Klägers / wieder Herrn E. Bischoffen zu V. Bellagten / Leges diffamari: *Ist erlennt / dass die gellagte diffamation gnugsam dargethan und erwiesen / darauf ermelten Bellagten seyn berumbte Spruch und Forderung an gebührenden Orten (scilicet coram Austregis, aliove competenti ordinario) gegen gedachten Klägers fürzubringen Zeit 6. Monat von Aupths wegen angefest / mit dem Anhang wo er solchem also nicht nachkommen wird / dass ihme alsdenn ein ewig Stillschweigen hiemit aufgelegt seyn solle 13. Februar. Anno 1581. Barr. in Sent. Cameral. part. ult. fol. 681. add. Schövan. Obs. Cam. 163. num. 4. 5. 6. § 7. Magenb. ad Ord. past. 2. tit. 25. p. m. 244. Rec. 1654. §. Sammer Richter. 77.*

An in Processu nullitatis & iniquitatis fatale interponenda appellatio sit observandum?

Aff. Per Rec. Imp. 1654. §. In deme auch nunmehr. 115. ubi expressè sancitum, ut tam à sententia nulla quam iniqua intra decendium appellatio interponi debeat. Nisi nullitas ex insanabili defectu tam Judicis quam partis, ut & ex substantialibus Processus profiliat, tunc enim dispositio juris communis quod fur. datum in l. 32. ff. de re judic. l. 19. ff. de appellat. l. 2. Cod. quando pro voc. non est necess. libera relinquatur, d. Rec. §. Bey den Senigen. 116.

Si is, qui ob publicam pacem fractam citatus, & per mandatum quoque ei restitutio injuncta sit sub pœna, & contumax sit, an etiam jam prius in pœnam pecuniariam immand. to expressam (ut plerumque fieri solet) condemnandus sit, quam bannitur?

Resp. Hoc casu condemnatione in pœnam pecuniariam opus non esse, sed sufficere eum banniri: Quia major pœna videtur profus minorem absumere. Ita factum in causa Lubecensi contra D. Jau restatur Magenb. ad Ord. p. 3. r. 43. p. m. 477.

An Reus, si Actor ante litis contestationem contumax sit, in causa principali procedere possit?

Resp. Possit, si modò Proclama factum, & sex juridicæ circumstantiæ sint. Magenb. d. l. tit. 42. p. m. 470.

Quod si Actor post litis contestationem contumax sit?

Resp. Hoc casu etiam absque proclamate in principali causa procedi, & quod juris est decerni posse & debere: Et siquidem contra reum pronuntiandum, adhuc tamen ob contumaciam Actorem in litis expensis condemnandum. Magenb. d. l.

Sed quis florenum, si ille absens, contra quem Proclama factum, pedello numerare debeat?

Resp. Eum numerare debere, qui contra aliquem petiit Proclama, quamvis hoc mirum videatur; tamen ita obtinuit. Potest tamen hunc Florenum vicissim à contumace exigere, quia contumax prius non auditur, quam ille florenus refusus sit. Magenb. d. l. p. m. 471.

An bannum contra universitatem vel communitatem omnes & singulos afficiat?

Aff. Et ita conclusum fuisse in causa Minden contra Minden restatur Magenb. part. 2. tit. 9. p. 166.

TABULA ULT.

TABULA ULTIMA agit de

1. Conclusio causa, ubi queritur	<p>1. Quid sit. Conclusio causa est actus judicialis, quo causa vel causae articulus aliquis concluditur aut pro conclusio habetur, ita ut disceptationi partium amplius locus non sit. Itaque concludere in iudicio idem est, quod ulteriori disceptationi renunciare & causam vel causae articulum cognitioni Judicis committere, sive Judicis cognitioni, ut vulgo loquuntur submittere & pro conclusio habere.</p> <p>2. Quotplex sit. Conclusio sit vel</p> <p>3. De adjunctis conclusionis, ubi</p> <p>4. De punctis seu articulis, in quibus Ordinationis leges conclusionem praecipunt. Ubi in punctis</p>	<p>Facto partium interveniente, quod est aut ipso iure. Si alter Procuratorum concludat, alter eadem aut proxima audientia idem faciat, aut causapro conclusio habetur. Mem. 1575. §. 6.</p> <p>Scriptum.</p> <p>Viva vox.</p> <p>1. Actor concludat ad conclusionem Rei</p> <p>2. Reus Actore concludente idem vel confestim vel proximo termino faciat. Ord. ibid. §. Gleicher &c.</p> <p>1. De tempore concludendi, ut</p> <p>2. De modo, quod scilicet. Conclusiones paucis verbis & sine repetitione priorum fieri debeant. e.g. In causa N. contra N. dico ad ea, quae ab adversario acta sunt generalia, & reperi priora, & cognitionem iudicis submitto, Ord. p. 3. tit. 23. §. Und sollen hinfürter solche. 4.</p> <p>3. De Conclusionis rescissione, quae fit, si quid novi post conclusionem causa incidit, quod in medium afferens se antea ignorasse iurejurando asserit, Ord. p. 3. tit. 23. §. So aber etwas neues. 5.</p>	<p>Verbalem illic, Ord. p. 3. tit. 23. in princ.</p> <p>Scriptam illic, vel proximo termino viva voce, Ord. ibid.</p> <p>1. Actor concludat ad conclusionem Rei</p> <p>2. Reus Actore concludente idem vel confestim vel proximo termino faciat. Ord. ibid. §. Gleicher &c.</p> <p>1. De tempore concludendi, ut</p> <p>2. De modo, quod scilicet. Conclusiones paucis verbis & sine repetitione priorum fieri debeant. e.g. In causa N. contra N. dico ad ea, quae ab adversario acta sunt generalia, & reperi priora, & cognitionem iudicis submitto, Ord. p. 3. tit. 23. §. Und sollen hinfürter solche. 4.</p> <p>3. De Conclusionis rescissione, quae fit, si quid novi post conclusionem causa incidit, quod in medium afferens se antea ignorasse iurejurando asserit, Ord. p. 3. tit. 23. §. So aber etwas neues. 5.</p>
2. Decisio, quae est, quia finis liti per sententiam definitivam imponitur, in qua considerandum tum sententia	<p>Publicatio, ad quam de jure communi partes sunt citandae, quocirca in Camera non observatur, Gail. 1. Obs. 109. num. 3.</p> <p>Definitur.</p> <p>Peritio restitutio in integrum est, quae iudicis Camerae officium imploratur, ut sententiam a se latam, certis de causis retractet, & rem seu jus alteri per sententiam ablatum restituat. Rod. lib. 3. tit. 60.</p> <p>Datur vel</p> <p>Brevi manu, & vel</p> <p>Judicialiter, quando praevia imploratione nobilis officii iudicis restitutio brevi manu in iudicio rogatur; Et habet locum solum ubi Procurator partis adversae apud acta, & sententia, adversus quam restitutio rogatur interlocutoria est. Rec. 1600. §. Wann gegen einer. 143.</p> <p>Extrajudicialiter in casu, ubi appellans intra quatuor salarium menses priores processus appellatorios extrahere & insinuare citra culpam suam aut sui Procuratoris ex alio incidenti impeditus fuit, Resol. Cam. 1687. 5. Septembr. §. 2.</p> <p>Praevia citatione, in qua citatio ad videndum se restitui decernitur vel judicialiter vel extrajudicialiter, pro re nata & supplicantis arbitrio: ipsa autem restitutio non datur, nisi cum causae cognitione per sententiam iudicalem in audientia. Rod. lib. 3. tit. 60.</p>	<p>1. Exceptionum contra articulos non duplicandum, sed ad replicas utrinque concludendum est. Ord. p. 3. tit. 15. §. Und so also, 2.</p> <p>2. Dilatoriarum, aliarumque id genus exceptionum ultra duplicas non procedendum, sed in eadem vel proxima audientia concludendum. Ord. p. 3. tit. 26. §. Wo aber die, 2.</p> <p>3. Attestationum unum scriptum a parte qualibet admittitur, & in hoc concludendum. Receß. 1570. §. So auch.</p> <p>4. Responsum non replicandum, sed replicas omittis concludendum & submitendum. Ord. p. 3. tit. 13.</p> <p>5. Executorialium, si contra executoriales artiores excipiatur, replicationi tempus ad proximum indulgendum, nec nisi ex magna causa ulterior procedendi terminus dandus est, Ord. part. 2. tit. 48. §. Und wann, 1.</p>	<p>1. Actor concludat ad conclusionem Rei</p> <p>2. Reus Actore concludente idem vel confestim vel proximo termino faciat. Ord. ibid. §. Gleicher &c.</p> <p>1. De tempore concludendi, ut</p> <p>2. De modo, quod scilicet. Conclusiones paucis verbis & sine repetitione priorum fieri debeant. e.g. In causa N. contra N. dico ad ea, quae ab adversario acta sunt generalia, & reperi priora, & cognitionem iudicis submitto, Ord. p. 3. tit. 23. §. Und sollen hinfürter solche. 4.</p> <p>3. De Conclusionis rescissione, quae fit, si quid novi post conclusionem causa incidit, quod in medium afferens se antea ignorasse iurejurando asserit, Ord. p. 3. tit. 23. §. So aber etwas neues. 5.</p>
3. Executione. Cujus	<p>Impugnatio, quae fit vel per</p> <p>1. Restitutio in integrum, quae</p> <p>2. Revisio. Cujus</p> <p>Substantia, quae consistit vel in</p> <p>Forma, quae consistit vel in</p> <p>Accidentalibus. Huc pertinent</p> <p>1. Modus</p> <p>2. Sportularum</p> <p>Effectus, hodie suspensio executionis in futuris</p> <p>3. Syndacatum, quo sententia, per dolum, corruptionemve, aut affectum iudicium, praeviationemve Procuratorum lata, impugnetur. In hoc Processu idem, quod in revisione observatur, Ord. p. 3. tit. 53. §. Ob sich aber. & §. fin.</p>	<p>Definitio. Revisio est remedium extraordinarium, quo in Camera per sententiam laesae ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris, & Statuum Imperii ad id deputatos revidendo acta succurritur, Rod. lib. 3. §. 61.</p> <p>1. Qui revisionem petere possunt? Omnes, quibus sententia iudicis Camerae gravamen illatum, Rec. 1654. §. 119.</p> <p>2. Qui revidere queant? Statuum Consiliiarii eruditi & in revidendis actis periti. Qui una cum deputato Commissario, Praeside & Assessores Camerae, per quos sententia fuit lata, omnia & singula causae revidenda acta summo & accurato iudicio revideant, & id quod juris est, decernant. d. Rec. §. Damit dann auch. 214. & Rec. 1559. §. Solche vorkommende. 64.</p> <p>Genera in omnibus causis appellabilibus Revisio locum habeat. Quaecunque autem causae non sunt appellabiles, licet per modum simplicis querelae in Camera introductae sint, illae nec etiam sunt revisibiles. Rec. 1654. §. In Fällen da. 119. & §. Zu Abführung. 121.</p> <p>Specie in causis, quarum summa 2000. Imperialium sortem adaequabit, pensionibus & interesse non computatis, d. Rec. §. Zu Abführung. 121.</p> <p>Tempus, ut scilicet hodie Revisio intra quatuor menses a die late sententiae sub poena desertionis petatur, d. Rec. §. In Fällen da. 119.</p> <p>Gravamina, quae statim in ipso actu intimationis Camerae summariter, breviter & distincte exhibenda sunt; Nisi prorogatio propter causas graves fuerit concessa, Rec. d. §.</p> <p>Iuramentum, quod coram iudice Camerae statim in ipso actu intimationis, vel ad minimum currentibus quatuor mensibus, a die publicatae sententiae in effectu praestandum, vel ad minimum mandatum speciale ad hoc offerendum est, alias Revisio deseritur. Rec. d. §.</p> <p>Intimandi Revisioem, Insinuatio fit per memoriale seu supplicam Electori Moguntino; Nisi is in sua causa aut alius contra illum revisionem petat, tunc enim Elector Trevirensis Moguntini partes sustineat, Ord. p. 3. tit. 53. in pr. Rec. 1594. §. Als uns auch. 107. & Rec. 1594. §. Als uns auch. 107. & Rec. 1654. §. In Fällen. 119. Electoris officium est, ut Caesari & ejus anni Visitationibus significet revisionem, ut Commissarios & Consiliiarios ad acta revidenda mittant, Ord. ibid.</p> <p>Notificandi revisionem Camerae, quod fit durch ein Chur Meinstisch Denunciations-Schreiben; Vid. Rod. lib. 3. tit. 61. pag. m. 919.</p> <p>1. Impetrans causas gravaminum uno scripto proponit.</p> <p>2. Pars adversa, quod sibi pro qualitate causae necessarium videtur, similiter uno producto exhibet, Ord. d. t. §. Erstlich soll.</p> <p>3. Uterque in duobus illis scriptis nihil novi, sed gravamina solum eorumque refutationes producere tenetur, nec cuique ulterius quid proferre licet, Sch&an. lib. 1. P. C. cap. 75.</p> <p>1. Sportularum</p> <p>Taxatio, quae in causis</p> <p>Antiquis pro nunc salvo Revisorum arbitrio Camerae commissa est, Rod. lib. 3. tit. 61.</p> <p>Novis a solis Revisoribus taxatur, Rod. d. l. p. m. 920.</p> <p>Depositio, ut scilicet certa pecuniae summa, quantum Visitatores, habitae ratione personarum causarumque arbitrabuntur, in Camera deponatur, vel de ea idonee caveatur, Ord. d. t. §. 53. §. Und damit, sublata est, modò pars victrix sufficientem praestet cautionem de restituendo iudicatum, ubi in revisorio succubuerit, exceptis causis religionem & spiritualia concernentibus, d. Rec. §. Nach Betrachtung. 118.</p>	<p>Definitio. Revisio est remedium extraordinarium, quo in Camera per sententiam laesae ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris, & Statuum Imperii ad id deputatos revidendo acta succurritur, Rod. lib. 3. §. 61.</p> <p>1. Qui revisionem petere possunt? Omnes, quibus sententia iudicis Camerae gravamen illatum, Rec. 1654. §. 119.</p> <p>2. Qui revidere queant? Statuum Consiliiarii eruditi & in revidendis actis periti. Qui una cum deputato Commissario, Praeside & Assessores Camerae, per quos sententia fuit lata, omnia & singula causae revidenda acta summo & accurato iudicio revideant, & id quod juris est, decernant. d. Rec. §. Damit dann auch. 214. & Rec. 1559. §. Solche vorkommende. 64.</p> <p>Genera in omnibus causis appellabilibus Revisio locum habeat. Quaecunque autem causae non sunt appellabiles, licet per modum simplicis querelae in Camera introductae sint, illae nec etiam sunt revisibiles. Rec. 1654. §. In Fällen da. 119. & §. Zu Abführung. 121.</p> <p>Specie in causis, quarum summa 2000. Imperialium sortem adaequabit, pensionibus & interesse non computatis, d. Rec. §. Zu Abführung. 121.</p> <p>Tempus, ut scilicet hodie Revisio intra quatuor menses a die late sententiae sub poena desertionis petatur, d. Rec. §. In Fällen da. 119.</p> <p>Gravamina, quae statim in ipso actu intimationis Camerae summariter, breviter & distincte exhibenda sunt; Nisi prorogatio propter causas graves fuerit concessa, Rec. d. §.</p> <p>Iuramentum, quod coram iudice Camerae statim in ipso actu intimationis, vel ad minimum currentibus quatuor mensibus, a die publicatae sententiae in effectu praestandum, vel ad minimum mandatum speciale ad hoc offerendum est, alias Revisio deseritur. Rec. d. §.</p> <p>Intimandi Revisioem, Insinuatio fit per memoriale seu supplicam Electori Moguntino; Nisi is in sua causa aut alius contra illum revisionem petat, tunc enim Elector Trevirensis Moguntini partes sustineat, Ord. p. 3. tit. 53. in pr. Rec. 1594. §. Als uns auch. 107. & Rec. 1594. §. Als uns auch. 107. & Rec. 1654. §. In Fällen. 119. Electoris officium est, ut Caesari & ejus anni Visitationibus significet revisionem, ut Commissarios & Consiliiarios ad acta revidenda mittant, Ord. ibid.</p> <p>Notificandi revisionem Camerae, quod fit durch ein Chur Meinstisch Denunciations-Schreiben; Vid. Rod. lib. 3. tit. 61. pag. m. 919.</p> <p>1. Impetrans causas gravaminum uno scripto proponit.</p> <p>2. Pars adversa, quod sibi pro qualitate causae necessarium videtur, similiter uno producto exhibet, Ord. d. t. §. Erstlich soll.</p> <p>3. Uterque in duobus illis scriptis nihil novi, sed gravamina solum eorumque refutationes producere tenetur, nec cuique ulterius quid proferre licet, Sch&an. lib. 1. P. C. cap. 75.</p> <p>1. Sportularum</p> <p>Taxatio, quae in causis</p> <p>Antiquis pro nunc salvo Revisorum arbitrio Camerae commissa est, Rod. lib. 3. tit. 61.</p> <p>Novis a solis Revisoribus taxatur, Rod. d. l. p. m. 920.</p> <p>Depositio, ut scilicet certa pecuniae summa, quantum Visitatores, habitae ratione personarum causarumque arbitrabuntur, in Camera deponatur, vel de ea idonee caveatur, Ord. d. t. §. 53. §. Und damit, sublata est, modò pars victrix sufficientem praestet cautionem de restituendo iudicatum, ubi in revisorio succubuerit, exceptis causis religionem & spiritualia concernentibus, d. Rec. §. Nach Betrachtung. 118.</p>
3. Executione. Cujus	<p>Compulsoriae, quae</p> <p>Mandata executoria seu executiva, quae sunt, quando iudex ad quem, executionis sententiae iudicis a quo demandat, suntque vel simplicia, sub poena 10. marcarum auri puri, vel artiora, sub poena dupli, Gail. 1. Obs. 113. n. 13.</p> <p>Media, per qua executionis sit, sunt tum</p> <p>Processus, in puncto executionis locum habet tam Processus ordinarius, quam extraordinarius. Vid. Ord. p. 3. t. 48. & Gail. 1. 9. 113. n. 9. & 10.</p>	<p>Compulsoriae, quae</p> <p>Mandata executoria seu executiva, quae sunt, quando iudex ad quem, executionis sententiae iudicis a quo demandat, suntque vel simplicia, sub poena 10. marcarum auri puri, vel artiora, sub poena dupli, Gail. 1. Obs. 113. n. 13.</p> <p>Media, per qua executionis sit, sunt tum</p> <p>Processus, in puncto executionis locum habet tam Processus ordinarius, quam extraordinarius. Vid. Ord. p. 3. t. 48. & Gail. 1. 9. 113. n. 9. & 10.</p>	<p>Compulsoriae, quae</p> <p>Mandata executoria seu executiva, quae sunt, quando iudex ad quem, executionis sententiae iudicis a quo demandat, suntque vel simplicia, sub poena 10. marcarum auri puri, vel artiora, sub poena dupli, Gail. 1. Obs. 113. n. 13.</p> <p>Media, per qua executionis sit, sunt tum</p> <p>Processus, in puncto executionis locum habet tam Processus ordinarius, quam extraordinarius. Vid. Ord. p. 3. t. 48. & Gail. 1. 9. 113. n. 9. & 10.</p>

An omisio conclusionis in causa vitiet sententiam?

Resp. Conclusionem causa omisiam non vitiet sententiam de jure civili, per ea qua scribit Abb. in c. pastoralis, de caus. posses. Et proc. col. 3. Bald. in l. nec causas. Cod. de Appellat. Et Felin. c. cum dilectus. Vers. quarto scias. n. 33. de fide instrum. quia conclusio in causis ordinariis magis de consuetudine, quam substantia processus est: unde si omittatur, processus tamen valet. Secus de Jure Camerali, in Camera enim nulla sententia, ne interlocutoria quidem, publicatur, nisi in causa legitime conclusum sit. Si vero pars altera concludere nolit; Judicem ex officio causam pro conclusa acceptare & in principali pronunciare posse, modò parti ad concludendum sufficientes dilationes concessa sint, testatur Gail. 1. Obs. 107. n. 2. Et 3. add. Myns. cent. 3. Obs. 17. Et Hartman. tit. 17. Obs. 1.

An conclusio in causa facta probationes facti, item instrumenta produci possint?

Resp. Post conclusionem in causa nihil allegari & admitti debere, quod sententiam, quæ sola ferenda restat, impedire possit; tunc enim non est cognoscendum, cum cognitum jam sit. Quod tamen limitatur (1) in Judice: quia quoad Judicem nunquam in causa concluditur, & idè ex officio conclusionem rescindere, ulterioremq; probationem partibus injungere potest: Et sic jura prohibentia post conclusionem fieri probationes, intelligenda quoad partem, non quoad Judicem, Plures limitaciones vide apud Gail. 1. Obs. 107. n. 5. Et seqq. Felin. in c. cum dilectus. X. de fide instrum. per tot. add. Hart. tit. 7. Obs. 3.

An pars post conclusionem in causa juramentum necessarium vel suppletorium probationis in eventum à Judice petere possit?

Resp. Non posse; quia juramentum necessarium est species probationis. Facta itaque utrinque conclusione probationis omnibus renunciatum & partibus os clausum esse dicunt Dd. per text. in c. cum Ioannes. Et in c. cum dilectus. X. de fide instrum. add. Gail. 1. Obs. 108. n. 1. 2. Et 3. ubi porro Qu.

An Judex ex officio tam ante quam post conclusionem cause, parte non petente, juramentum necessarium deferre parti possit?

Resp. Quamvis Judex nemini officium suum, præsertim ad privatam partis utilitatem, impartiri debeat, nisi imploratum sit. l. 4. §. hoc autem. 8. ff. de dam. infect. tamen eum non solum ante, sed etiam post conclusionem cause, juramentum necessarium, parte non petente deferre posse restatur Gail. d. Obs. n. 4. Quia Judex cuncta rimari, & pro habenda veritate modis omnibus laborare debet, per c. judicantem. 30. quæst. 5. c. cum causam de testib. Et per l. iudices. 9. Cod. de iudic. Gail. d. l. n. 5. Et seqq. add. Gylm. Symph. tom. 1. p. 1. tit. 7. vot. 3. n. 29. Et seq. ubi præjudicium. Et Gail. 1. Obs. 61. n. 12.

An sententia in Dominum vel Procuratorem sit ferenda?

Resp. De jure communi sententia non in principalem sed Procuratorem fertur, per l. 1. Cod. de sent. Et interlocut. om. Iud. Quia initium obligationis ex Procuratoris persona sumitur, & cum eo in iudicio quasi contrahitur. l. in quacung. si. de A. Et O. ipseque per lites contestationem Dominus litis efficitur. Verùm de stylo Camerae consueto sententiæ contra Dominum lites feruntur & publicantur, etiam si in Camera omnes causæ agitentur per Procuratores. Ord. P. 1. tit. 25. Gail. 1. Obs. 112. n. 2.

An petitio restitutionis in integrum speciale mandatum requirat?

Aff. Myns. Cent. 2. Obs. 26. Si principaliter petatur restitutio; quia non licet Procuratori factum Domini impugnare sine speciali mandato. l. si hominem. 30. ff. mand. secus si incidenter, quia tunc eam absque speciali mandato petere potest. VVurm. tit. 5. Obs. 9. n. 2.

An petitio restitutionis in integrum executionem sententiae impediat?

Resp. Restitutionis in integrum petitionem, si ejus causa in continenti probetur, impedire executionem sententiæ; nisi per calumniam, aut ex causis jam dum deductis & per priora decisis, vel aliàs irrevelantibus, petatur. Ita decisum in causa Birmundt contra Birmundt restatur Meischner. tom. 3. decis. 14. n. 189. Klock, de contribut. cap. 19. n. 390. Myns. cent. 1. Obs. 48. Et cent. 6. Obs. 80.

An restitutio per alium, quam Procuratorem causa ordinariam, fortè per Notarium, ut in Revisione usuvenit, in Camera rogari queat?

Neg. Sic cum in causa H. S. contra M. mandati cum clausula Notarius H. 16. Maij Anno 1658. hoc ipsum tentasset, illud 1659.

20. Maij. per sententiam cum reservatione dimidiæ marcæ argenti rejectum, & Procuratori causa ordinario peritâ restitutione non attentâ ad docendum de partitione certus terminus præfixus fuit.

An & quomodo impeditus Appellationem prosequi intra fatalia, iis lapsis restitui debeat?

Dist. Myns. cent. 5. Obs. 98. (1) aut quis impeditur ex facto proprio, ut quia propter inopiam non potuerit appellationem intra legitimum tempus prosequi, & tunc ipsa ex jure communi secundus annus, ex Ordinatione verò Camerae secundum semestre conceditur. (2) aut quis impeditur ex facto Judicis, tunc aut contingit impedimentum per Principem ad quem fuit appellatum, & impeditus jure illæsus servatur, nec sibi tempus currit; idè altero fatali non indiget, c. ex insinuatione. 50. X. de Appellat. auth. sed Et l. post l. 2. Cod. de temp. Et præpar. appellat. aut processu per inferiorem Judicem, & tunc secundus annus datur, & non ultra. l. ubi. Cod. de temp. Et præpar. appellat. Novell. de his, quas ingred. de appellat. §. primo. (3) aut impeditur ex mixto facto Appellantis & appellati, ut quia compromiserint in primo fatali, tunc ipso jure non currit, nec opus est ulteriori tempore. Clem. quando die, de appellat. auth. si tamen. Cod. d. 1. (4) aut impeditur ex facto solius appellati, tunc appellanti pariter non currit tempus, sed servatur illæsus. aut denique (5) impeditur ex facto tertii, tunc ex communi Dd. sententia primum danda est impedito actio ad interesse adversus illum tertium, & si non sit solvendo, tum demum restitui debet contra adversarium. add. Gail. 1. Obs. 143.

An Revisores Camera legitimis ex causis recusare possit?

Aff. Per Rec. Imp. de Anno 1559. §. und nach dem sich. 63. ex quo quandoque ita factum esse apparet.

An à denegatâ restitutione Revisio peti posse?

Klock. tom. 3. conf. 140. n. 47. revisionem à denegatâ restitutione concedi consulendo afferit in causa Weltwardt contra Herzogen in Bayern etc. Sic à denegata restitutione revisio concessa & in Camera acceptata fuit, in causa Dr. Willers contra Ritterin Mandais de dimittendo hypothecam, Mezenhausen contra Mezenhausen / Mandata ad edendum legitime inventarium Et reddendum rationes Et aliis causis quamplurimis.

An sit differentia inter Revisionem & Syndicatum?

Aff. Nam Revisio ex imperitia; Syndicatus verò ex dolo & malitia permittitur, quando videlicet per sordes, corruptiones, odio vel gratia partium judicatum est. Gail. 1. Obs. 153. num. fin.

An in causis executionum personalis requisitio vel potius indicatio sanctorum sit necessaria?

Resp. Utique necessaria, si quis dicat suum Magistratum sibi jus communicare nolle. Sed quidam putant quòd non, præsertim cum isti apud acta Procuratorem habeant, qui tenetur illis communicare & indicare, quid in Camera judicatum sit. Ita factum in causa Hall contra Glinden / Magenhorst / ad Ord. p. 3. tit. 48.

An heres in pœnas executorialis condemnari possit?

Resp. Possit, si modò mortuo debito modo insinuatæ sint, ipseque ad hoc prius legitime citatus sit; scilicet: ad videndum se in dictam pœnam declarari. Ita factum in causa Guttenberg contra Episc. Bamberg, Magen d. l.

Si post latam sententiam à parte vincente ignorante, victa verò sciente transactum sit, an nihilominus ea executioni mandare possit?

Aff. Et ita pronunciatum fuit contra Endorff / Ist erlannt / daß N. fürbrachten Vertrag unverhindert Endorff dem Urtheil etc. zu geldein schuldig, Magen d. ad Ord. p. 3. t. 11. p. m. 353.


An heres pœnam pecuniariam, in quam defunctus prius condemnatus, exsolvere teneatur?


Aff. Dummodò successor ejus esse velit. Mag. d. l. tit. 46.

Sed quid si defunctus non fuisset condemnatus, tamen ita egisset contra mandatum & inhibitionem, quod in pœnam debuisset condemnari, an heres condemnandus?

Neg. Per ea qua tradit. Fab. in §. non autem omnes. i. Inst. de perger. Et temp. act. Ita judicatum in causa Gältch contra Nach; quia pater Ducis incidit in pœnas inhibitionis, tamen filius absolutus. Mag. d. t. 48. p. 494.

F I N I S.





ALVENSLEBEN
T
11



PROCESSUS
 AUGUSTISSIMI
 CAMERÆ IMPERIALIS
 JUDICII
 IN TABULAS REDACTUS.

In quibus non solum, quid in
 Processu Camerali, ut rectè secundum Imperii Constitu-
 tiones, generalia & specialia Decreta instituat, sit observan-
 dum: Sed etiam quomodo lites tam in causis simplicis querelæ, quàm Appellationis per
 novissimum Imperii Recessum de Anno 1654. & per Communia Decreta & Scta hactenus in Imperiali
 Camera publicata, sint abbreviatæ; unà cum annotationibus & quæstionibus nonnullis practicis,
 è regione positæ & per Imperii Constitutiones decisæ, compendiosè
 oculis subjicitur,

opera
 JOHANNIS Belitz
 HOLSATI.



JENÆ,

TYPIS AC SUMPTIBUS GEORGII SENGENVVALDI,
 ANNO clō lōc LXI.

T 11 (7)

runt. vel accusatorem corrupe-
 runt.
 22. De interdictis, & relegatis, &
 deportatis.
 23. De sententiam passis, & restitu-
 tis.
 24. De cadaveribus punitorum,
 Lib. XLIX.
 1. De appellationibus, & relationi-
 bus.



15. De censibus.
 16. De verborum significatione.
 17. De diversis regulis juris anti-
 qui.